





LYSIAE

ORATIONES SELECTAE


COMMENTARIIS

IN USUM SCHOLARUM

INSTRUCTAE

A

DR. IO. HENR. BREMI,
CANONICO ET AD CAROL. TIGUR. PROF.



GOTHAE,
SUMTIBUS FRIDERICAE HENNINGS.
MDCCCXLV.

Aeschinis orat. in Ctesiphontem pag. 273—432. wird jetzt nach dem Wunsche vieler Schulvorsteher allein für ½ Thlr. verkauft.

PRAEFATIO.

Quum Fr. Jacobsius, vir praestantissimus, per litteras me adiisset, ut in usum Bibliothecae Graecae, quam cum Val. Chr. Fr. Rostio, V. D., paraturus esset, ex oratoribus Atticis aliquot orationes Lysiae, Aeschinis et Demosthenis ejusmodi annotationibus, quas conspectus commendaret, instruendas reciperem: viro de studio Graecarum litterarum egregie merito facile obtemperavi, et ita jam primum volumen absolutum est, continens potissimas Ly-

siae orationes et unam Aeschinis in Ctesiphontem.

Dignus imprimis Lysias videtur, ad cujus accuratam cognitionem et rerum et verborum homines elegantiores adducantur. Subtilis est scriptor, cui multa debemus indicia grave momentum ad historiam Graecorum, imprimis civitatis Atheniensium, habentia, et, quod majus est, veritatis amans, sobrius, modum ubique tenens, quamvis incensus dolore publicarum injuriarum et corruptorum civitatis morum. Origine μέτοικος, animo autem dignus, qui esset πολίτης, sponte civis officia praestitit ἰσοτελής, et bonarum partium fuit, i. e. democratiae addictus. Patrem habuit Cephalum, Syracusanum, qui postquam se impulsu Periclis Athenas contulerat, domicilio ibi constituto versabatur cum hominibus humanitate et intelligentia praecipuis, ita ut apud Platonem Socratem videamus ad eum ejusque familiam festo Panathenaeorum divertentem et cum patre filioque Polemarcho, fratre Lysiae, qui per triginta tyrannos necatus est, colloquentem. Lysias natus est Athenis Ol. LXXX. 2. archonte Philocle. Quum Ol. LXXXIV. 1. Athenienses coloniam Thurios, urbem magnae Grae-

ciae ad sinum Tarentinum sitam, mitterent, Lysias, quindecim annos natus, comitem se adjunxit. Ibi Tisiam et Niciam, rhetores Syracusanos, audivit. Atheniensium vero rebus in Sicilia fractis et cum dominorum fortunis commutatis etiam Thuriorum animis, Lysias ἀττικίζειν αἰτιαθεὶς (Atheniensium partibus studere accusatus) solum vertere cogitur et Athenas revertitur Ol. XCII. 1., annos natus septem et quadraginta. Obiit Athenis Ol. CII. 2. vel 3. natus annos amplius octoginta. Orationes, quae supersunt, omnes post expulsos triginta tyrannos conscriptae esse videntur, i. e. post Ol. XCIV. 2., pleraeque tamen haud ita multo post; cunctae spirant prudentiam et sobrietatem hominis adulti et severi. Iis, qui ad acta publica accedere, et de rebus sive publicis coram magistratu sive forensibus coram judicibus referre vel velint vel debeant, hic orator, si sapiant, ipse se commendabit eumque pro viribus aemulari studebunt. Est enim Lysias exemplum probe referentis: pressus in narrando, ita ut interpretum ii, qui adsueverunt, non dicam verborum volubilitati, sed copiosae orationi, saepe multa deesse suspicentur: quod Marklando et optimo Reiskio nimium quantum accidit. Sed Lysias verbis parcit: quae ipsa

est via ad orationis subtilitatem. Qui enim brevitati studet, etiam operam ponet et in acumine sententiarum et in concinnitate verborum: quas virtutes in Lysia nemo non agnoscet sensu communi et incorrupto praeditus, nedum acris ingenii homo*).

Conspectus jubebat optimam recensionem textus fundamenti loco poni. Oratorum Atticorum quae etiam curioso critico sufficiat, non difficile est invenire. Immanuel enim Bekkerus**) et copias omnium Europae bibliothecarum diligen-

*) Adscribamus Ciceronis de hoc oratore judicium in Bruto c. IX. 35. Lysias — egregie subtilis scriptor atque elegans, quem jam prope audeas oratorem perfectum dicere. — Nihil acute inveniri potuit in iis caussis, quas scripsit, nihil, ut ita dicam, subdolo, nihil versute, quod ille non viderit: nihil subtiliter dici, nihil presse, nihil enucleate, quo possit fieri aliquid limatius: nihil contra grande, nihil incitatum, nihil ornatum vel verborum gravitate vel sententiarum, quo quicquam esset elatius. — Cf. Idem de optimo genere Orator. c. 3. Quinctilian. Instit. Orat. X. 1. Lysias subtilis atque elegans, et quo nihil, si oratori satis sit docere, quaeras perfectius. Nihil enim est inane, nihil arcessitum; puro tamen fonti, quam magno flumini propior.

**) Edidit vir praestantissimus oratores Graecos septem voluminibus, quorum primum Antiphontem complectitur cum Audocide et Lysia. Oxonii. 1822. 8.

ter conquisitas summa cum cura in doctorum hominum usum converterat et cum subtili linguae Graecae tum universae, tum singularum aetatum singulorumque scriptorum scientia textus recensionem instituerat, ita ut nunc demum sperandum sit fore, ut accuratum de rebus quemadmodum gravissimis sic levissimis antiquitatis Graecae judicium constitui possit. Dolendum, quod vir intelligentissimus, verborum nimium parcus, noluerit usquam fundamenta aperire rationis, quam in lectione constituenda dubiorum locorum secutus sit; nec tamen quemquam poenitebit ipsum rationes investigare, licet diu in multis dubius haereas; et, si quando erraveris, per errorem etiam profeceris. Hoc certe nos omnes lucrifecimus, ut nunc demum constet, quaenam lectiones codicibus manuscriptis debeantur, quot unaquaeque testibus nitatur, quibus in locis manuscripti nos deserant, in quibus denique virorum doctorum conjecturae libris vetustis confirmentur. Quicquid enim, nulla commemorata varietate aut nulla notula addita, in contextu legitur, id ex Mss. fluxisse censendum est, et quidem ex omnibus, quos super aliqua oratione consuluit editor. De qua re quanquam diu incertus haesi dubi-

tanterque locutus sum, dubitatio tandem evanuit ipsius viri gravissimi auctoritate. Bekkeri igitur editionem fideliter expressi, paucis locis exceptis, ad quos cur discesserim in notis exposui. Quum tamen, nostris certe in terris, textus Bekkerianus nondum pro vulgato quem vocant haberi possit, sed Reiskianus*), ubi Bekkerus a Reiskiana lectione recesserit, varietatem enotavi, sperans fore, ut sic Bekkerianus sensim eam, quam decet, auctoritatem accipiat: cui rei inservire videntur etiam editiones, quae Teubneri sumtibus prodeunt: idque institutum opportuno tempore susceptum Graecis litteris, opinor, magno emolumento erit, praesertim si varietas lectionis accesserit. Editiones enim, quae

*) In oratoribus Graecis a Reiskio editis Lysias quintum sextumque volumen implet (Lipsiae 1772.), praeter textum complectentia Taylori et Marklandi annotationes locupletissimas, prioris etiam Lectiones Lysiacas et Indicem Graecitatis Lysiacae. Jo. Taylor, vir doctus et juris Attici imprimis studiosus, bis edidit Lysiam; primum Londini 1739. 4., ex cujus editionis instructissimae copiis Reiskiana profluxit; tum Cantabrigiae 1740. 8. in usum studiosae juventutis cum notis brevissimis et indice sermonis Lysiaci. De eodem scriptore mereri studuit Athanas. Auger, qui et textum pro sua Graeci sermonis scientia emendatiorem edidit, et interpretationem notasque adjecit Paris. 1783. 8. 2 Voll. Idem Lysiam in sermonem Gallicum convertit. Paris. 1783. 8.

trans mare cucurrerunt, superant et eruditorum et studiosorum opes. Earum tamen usu carere non possumus, si disciplinae ratio ad eam, quam par est, perfectionem assurgere debeat.

In textu Lysiae recensendo ex multis codicibus, quorum tamen plurimi nec antiqui sunt nec boni, duos Bekkerus elegit, quos totos compararet, litteris apud eum C et X insignitos, qui semper intelligendi sunt, quum dixi ex optimis codicibus receptam esse lectionem; quum vero dico ex optimo, intelligi debet C, qui est Laurentianus, praestantior ille codice X, qui est Palatinus sive Heidelbergensis. Hi libri igitur fundamentum constituunt textus. Ceteri, quos in paucis aliquot orationibus comparavit, sunt vel Italici vel Parisini: D E item Laurentiani, Marciani I et K, Vaticani M et N, Urbinas O, Parisiensis U, (regius 3017) V Coislinianus 249., S T (regii 1983, 2944). Singulis orationibus litteras praescripsi codicum, quorum varietatem excerpsit Bekkerus. Ubi nullae sunt praescriptae, duos optimos solos consultos esse tenendum est.

In commentario id pro viribus secutus sum, ut qui per sollertem magistrum

linguam Graecam didicerit, et partem voluminis v. c. secundi libri Jacobsiani elementaris accurate perlegerit, nihil desideret, quod ad oratorem intelligendum requiri possit. Hanc ob caussam cuivis orationi praemisi prooemium, in quo pro argumenti ratione modo copiosius, modo brevius exposui tum de re, tum de hominibus. In varietate lectionis et annotationibus, ubi opus videbatur, de sententia, de rebus grammaticis disputavi, libere, ut par erat, opinor etiam humane, si quando videbatur ab aliorum sententia discedendum esse. Nam ut ego editorum doctissimorum humanitati maximas gratias ago, si quando visum est notis meis aliquid vel addere vel corrigere, sic ipse pro natura mea et aetate, quanquam libere sententiam profero nec aegre fero, si cui displiceat et vel aspere vel inficete perstringatur, meae imbecillitatis probe conscius humanitati prae ceteris studeo. Spero itaque me nusquam inhumanitatis culpam contraxisse; sed, si quid inscio et imprudenti exciderit, ex animo veniam peto.

Quum mihi gravissimum videatur scriptorem ex se ipso explicare, et quum accuratam Graecae antiquitatis cognitionem

maxime ab accurato ejusmodi studio proficisci existimem, Lysiam ex Lysia potissimum interpretari studui, et in hac re aliquid me praestitisse opinor, meque spero harum rerum studiosis in Excursibus specimina non inutilia proposuisse, optans, ut qui antiquos scriptores legunt in singulis ea praeparent, quibus vocabulorum ab omni parte proprietatem suam reddant: cui rei si diligens et attentus homo ab adolescentia assiduam justamque operam impenderit, virili aetate laetissimos inde fructus percipiet, nec elegantiam hoc modo sibi comparatam senili aetate prorsus evanescere sentiet.

Sic opera, quam in Lysiam impendi, mihi pergrata fuit, animumque recreabat et oblectabat, praesertim quum in villa suburbana, commoda et amoena, inter honestos amicos rei operam darem.

Aliud accidit, quum instaret opera Aeschini praestanda. Paullo ante Aeschinis editionem typis exprimendam curaveram, idem aut simile in interpretando secutus consilium. Ipse intellexi, quum recens esset res, nova subsidia conquirenda esse, quae fortasse disputandi praeberent mate-

riam et rei molestiam averterent. Quod quum forte Georgius Bacterus, discipulus olim noster, Monachii versaretur, ut, duce Thierschio, animum mentemque ita optimarum litterarum cognitione et scientia conformaret, ut aliquando sollers et probus evaderet ludi magister, eum rogavi, num quid in bibliothecae Monacensis copiis, imprimis Victorianis, esset, quod orationi Aeschinis in Ctesiphontem usui esse posset. Is, ut mihi dilectus, ita addictus, pro sua in me laudabili pietate statim quae aderant diligenter et accurate excussit; erant autem adscripta in margine editionis Aldinae et Venetae. Quae missa etsi summa me laetitia afficerent ut pietatis documentum, tamen rem invisam jucundam reddere non potuerunt, nec multum inde labor profecit. Tum taedii plenus adii Rudolphum Rauchensteinium nostrum flagitans, ut acerbam crisin faceret annotationum mearum in orationem, qua tandem mentis fieret percussio. Hic, φίλος ἔργοισι χρηστός, οὐ λόγοις, multum consumsit temporis et operae, ut de plurimis locis sententiam suam exprometeret: quo gravissimo beneficio me a morbo ob animi tristitiam et molestiam jam per corpus serpente defendit.

In Aeschinis recensione tredecim codicibus usus est Bekkerus*), quorum vix ullus superat Helmstadiensem, cujus accuratam collationem dedit Reiskius. Nonnulli, Parisienses, jam in usum Taylori collati fuerant, sed, ut tum solebat fieri, parum accurate. Eminet Coislinianus Parisiensis et Harlejanus ex bibliotheca Eduardi, comitis Oxoniensis. Excerpta etiam Ed. Bernardi et J. Mori ex codicibus ignotis nonnulla continent bona et nova.

Est Aeschines ingeniosus, at in hac praecipue oratione calumniosus et mendax. Patriae quidem amans, sed blanditiis, opinor, Philippi magis quam donis corruptus, et, ut fit, quum adversarium nactus esset et ingenio et civili virtute superiorem, nulli rei pepercit, qua noceret adversario vel, ut vere loquamur, inimico. Condonandum, quum similia ab adversario pateretur. Oratio est pura, nitida, lenis, non tumida, gravis et severa**). Graecum

*) Aeschines tertio volumini oratorum editionis Bekkerianae inest; in Reiskiana etiam tertium vol. implet cum parte quarti.

**) De vita, ingenio et arte Aeschinis acute et accurate disputavit F. Passow in Erschii et Gruberi Encyclopaedia. Tom. II. p. 73. ss. Cf. Cicero n. de Orator. III. 7. F. J.

prooemium omnia continet, quibus opus est, ut introducamur in rem. Scribebam Turici VI Nonas Julias MDCCCXXVI.

J. H. Bremius,
Helveto-Turicensis.

Hoc volumine continentur

I.

Lysiae vita et de orationum ejus indole, Excerpta ex Dionys. Halicarn. Tom. V. p. 452 sqq. ed. Reiske.

II.

Orationes Lysiae.

Supersunt praeterea Lysiae

Orationes hae:

Or. Funebris de iis, qui Corinthiis opem ferentes occubuerant. Saepius separatim edita, etiam in libro elementari, cui Attika titulus. Interpretatio ejus exstat F. Schlegelii in Wielandii Museo Attico Vol. I.

Or. de Vulnere.

Or. in Andocidem de Impietate. Lysiae esse non videtur. Vid. Sluiter. Lectt. Andoc. p. 167 ss. Cf. Ruhnken. histor. crit. Or. Gr. p. 50.

Or. de Obtrectationibus.

Or. pro Milite.

Or. in Theomnestum altera.

Or. altera in Alcibiadem de militia deserta. Lysiae esse non videtur.

Or. in Poliuchum de bonis publicandis.

Or. pro Polystrato de eversa republica.

Or. de muneribus acceptis.

Or. pro Evandro de probatione.

Or. in Epicratem de legatione male gesta.

Or. in Ergoclem.

Or. in Philocratem.

Or. in Diagitonem.

Or. Olympiaca.

Or. de non evertenda republica.

III.

Aeschinis

Oratio contra Ctesiphontem. p. 275 sqq. saepius edita simul cum Or. Demosthenis pro Corona; praesertim a Wunderlichio. Goettingae. 1810. 8. ab Imm. Bekkero cum Scholiis partim ineditis. Halis Sax. 1815. 8.

Praeterea supersunt duae Aeschinis Orationes, una in Timarchum, altera de Falsa Legatione. Posterior scripta tantum, non habita.

IV.

Excursus XII. in Lysiae orationes.

V.

1. Index Verborum.
2. Index Grammaticus.
3. Index Rerum.

ΛΥΣΙΟΥ ΒΙΟΣ

ΚΑΙ ΠΕΡΙ ΤΟΥ

ΧΑΡΑΚΤΗΡΟΣ ΤΩΝ ΑΥΤΟΥ ΛΟΓΩΝ.

ΕΚ ΤΩΝ

ΔΙΟΝΥΣΙΟΥ ΤΟΥ ΑΛΙΚΑΡΝΑΣΣΕΩΣ.

T. V. p. 452. ed. Reisk. Excerpta, quae Lysiae praecipuas virtutes describant.

1. *Λυσίας ὁ Κεφάλου Συρακουσίων μὲν ἦν γονέων, ἐγεννήθη δὲ Ἀθήνησι μετοικοῦντι τῷ πατρί, καὶ συνεπαιδεύθη τοῖς ἐπιφανεστάτοις Ἀθηναίων· ἔτη δὲ πεντεκαίδεκα γεγονὼς εἰς Θουρίους ᾤχετο πλέων σὺν ἀδελφοῖς δυσί, κοινωνήσων τῆς ἀποικίας, ἣν ἔστελλον Ἀθηναῖοί τε καὶ ἡ ἄλλη Ἑλλὰς δωδεκάτῳ πρότερον ἔτει τοῦ Πελοποννησιακοῦ πολέμου· καὶ διετέλεσεν αὐτόθι πολιτευόμενος ἐν εὐπορίᾳ πολλῇ τῆς συμφορᾶς τῆς κατασχούσης Ἀθηναίους ἐν Σικελίᾳ. μετ' ἐκεῖνο δὲ τὸ πάθος στασιάσαντος τοῦ δήμου ἐκπίπτει σὺν ἄλλοις τριακοσίοις Ἀττικισμὸν ἐγκληθεῖσι· καὶ παραγενόμενος αὖθις εἰς Ἀθήνας κατὰ ἄρχοντα Καλλίαν, ἕβδομον καὶ τεσσαρακοστὸν ἔτος ἔχων, ὡς ἄν τις εἰκάσειεν, ἐξ ἐκείνου τοῦ χρόνου διετέλεσε τὰς διατριβὰς ποιούμενος Ἀθήνησι. πλείστους δὲ γράψας λόγους εἰς δικαστήριά τε καὶ βουλὰς καὶ πρὸς ἐκκλησίας εὐθέτους, πρὸς δὲ τούτοις πανηγυρικούς, ἐρωτικούς, ἐπιστολικούς, τῶν*

μὲν ἔμπροσθεν γεγενημένων ῥητόρων ἢ κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον ἀκμασάντων ἠφάνισε τὰς δόξας· τῶν δὲ ἐπιγενομένων οὐ πολλοῖς τισι κατέλιπεν ὑπερβολήν, ἅτ' ἐν ἁπάσαις ταῖς ἰδέαις τῶν λόγων καὶ μὰ Δί' οὔτοιγε ταῖς φαυλοτάταις εὐδοκιμῶν. τίνι δὲ κέχρηται χαρακτῆρι λόγων, καὶ τίνας ἀρετὰς εἰςενήνεκται, τίνι τε κρείττων ἐστὶ τῶν μετ' αὐτὸν ἀκμασάντων, καὶ πῇ καταδεέστερος, καὶ τί δεῖ λαμβάνειν παρ' αὐτοῦ, νῦν ἤδη πειράσομαι λέγειν.

2. Καθαρός ἐστι τὴν ἑρμηνείαν πάνυ, καὶ τῆς Ἀττικῆς γλώττης ἄριστος κανών, οὐ τῆς ἀρχαίας, ᾗ κέχρηται Πλάτων καὶ Θουκυδίδης, ἀλλὰ τῆς κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον ἐπιχωριαζούσης, ὡς ἔστι τεκμήρασθαι τοῖς τε Ἀνδοκίδου λόγοις καὶ τοῖς Κριτίου καὶ ἄλλοις συχνοῖς. κατὰ τοῦτο μὲν δὴ τὸ μέρος, ὅπερ ἐστὶ πρῶτον καὶ κυριώτερον ἐν λόγοις, λέγω δὲ τὸ καθαρεύειν τὴν διάλεκτον, οὐδεὶς τῶν μεταγενεστέρων αὐτὸν ὑπερεβάλετο· ἀλλ' οὐδὲ μιμήσασθαι πολλοὶ δύναμιν ἔσχον, ὅτι μὴ μόνος Ἰσοκράτης. καθαρώτατος δὴ τῶν ἄλλων μετά γε Λυσίαν ἐν τοῖς ὀνόμασιν οὗτος ἔμοιγε δοκεῖ γενέσθαι ὁ ἀνήρ. μίαν μὲν δὴ ταύτην ἀρετὴν ἀξίαν ζήλου καὶ μιμήσεως εὑρίσκω παρὰ τῷ ῥήτορι· καὶ παρακελευσαίμην ἂν τοῖς βουλομένοις καθαρῶς γράφειν, ἢ καὶ λέγειν, ἐκεῖνον τὸν ἄνδρα ποιεῖσθαι παράδειγμα ταύτης τῆς ἀρετῆς.

3. Ἑτέραν δέ, οὐδὲν ἐλάττω ταύτης, ἣν πολλοὶ μὲν ἐζήλωσαν τῶν κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον ἀκμασάντων, οὐδεὶς δὲ βεβαιότερον ἐπεδείξατο. τίς δ' ἔστιν αὕτη; ἡ διὰ τῶν κυρίων τε καὶ κοινῶν καὶ ἐν μέσῳ κειμένων ὀνομάτων ἐκφέρουσα τὰ νοούμενα. ἥκιστα γὰρ ἄν τις εὕροι Λυσίαν τροπικῇ φράσει χρησάμενον. καὶ οὐκ ἐπὶ τούτῳ μόνον ἐπαινεῖν ἄξιον· ἀλλ' ὅτι καὶ περιττὰ καὶ σεμνὰ καὶ μεγάλα φαίνεσθαι τὰ πράγματα ποιεῖ, τοῖς κοινοτάτοις χρώμενος ὀνόμασι, καὶ ποιητικῆς οὐχ ἁπτόμενος κατασκευῆς. τοῖς δὲ προτέροις οὐχ αὕτη ἡ δόξα ἦν· ἀλλ' οἱ βουλόμενοι κόσμον τινὰ προςεῖναι τοῖς ὅλοις ἐξήλλαττον ἰδιώτην, καὶ κατέφευγον εἰς

τὴν ποιητικὴν φράσιν, μεταβολαῖς τε πολλαῖς χρώμενοι καὶ ὑπερβολαῖς καὶ ταῖς ἄλλαις τροπικαῖς ἰδέαις, ὀνομάτων τε γλωττηματικῶν καὶ ξένων χρήσει, καὶ τῶν οὐκ εἰωθότων σχηματισμῶν τῇ διαλλαγῇ, καὶ τῇ ἄλλῃ καινολογίᾳ καταπληττόμενοι τὸν ἰδιώτην. — Λυσίας δὲ τοιοῦτον οὐδὲν ἤσκησεν (ἐν γοῦν τοῖς σπουδῇ γραφομένοις δικανικοῖς καὶ συμβουλευτικοῖς λόγοις) ποιῆσαι πλὴν εἴ τι μικρὸν ἐν τοῖς πανηγυρικοῖς. περὶ γὰρ τῶν ἐπιστολικῶν αὐτοῦ καὶ ἑταιρικῶν καὶ τῶν ἄλλων, οὓς μετὰ παιδιᾶς ἔγραψεν, οὐδὲν δέομαι λέγειν. ὁμοίως δὲ τοῖς ἰδιώταις διαλέγεσθαι δοκῶν, πλεῖστον ὅσον ἰδιώτου διαφέρει. καὶ ἐπεὶ ποιητὴς κράτιστος λόγων, λελυμένης ἐκ μέτρου λέξεως, ἰδίαν τινὰ λόγων εὑρηκὼς ἁρμονίαν, ᾗ τὰ ὀνόματα κοσμεῖ τε καὶ ἡδύνει, μηδὲν ἔχοντα ὀγκῶδες μηδὲ φορτικόν. ταύτην δευτέραν τὴν ἀρετὴν κελεύω παρὰ τοῦ ῥήτορος τούτου λαμβάνειν, εἴ τινες ἀξιοῦσι τὸν αὐτὸν ἐκείνῳ διαλέγεσθαι τρόπον. ἐγένοντο μὲν οὖν πολλοὶ τῆς προαιρέσεως ταύτης ζηλωταὶ συγγραφεῖς τε καὶ ῥήτορες· ἔγγιστα δὲ αὐτῆς μετὰ Λυσίαν ἥψατο τῶν πρεσβυτέρων νέος ἐπασκήσας Ἰσοκράτης· καὶ οὐκ ἂν ἔχοι τις εἰπεῖν, προσωτέρω τούτων σκοπῶν, ἑτέρους ῥήτορας ἰσχὺν καὶ δύναμιν τοσαύτην ἐν ὀνόμασι κυρίοις καὶ κοινοῖς ἀποδειξαμένους.

4. Τρίτην ἀρετὴν ἀποφαίνομαι περὶ τὸν ἄνδρα τὴν σαφήνειαν, οὐ μόνον τὴν ἐν τοῖς ὀνόμασιν, ἀλλὰ καὶ τὴν ἐν τοῖς πράγμασιν. ἔστι γάρ τις καὶ πραγματικὴ σαφήνεια, οὐ πολλοῖς γνώριμος. τεκμαίρομαι δὲ, ὅτι τῆς μὲν Θουκυδίδου λέξεως καὶ Δημοσθένους, οἳ δεινότατοι πράγματα ἐξειπεῖν ἐγένοντο, πολλὰ δυσείκαστά ἐστιν ἡμῖν καὶ ἀσαφῆ καὶ δεόμενα ἐξηγητοῦ· ἡ δὲ Λυσίου λέξις ἅπασά ἐστι φανερὰ καὶ σαφὴς καὶ τῷ πάνυ πόῤῥω δοκοῦντι πολιτικῶν ἀφεστάναι λόγων. καὶ εἰ μὲν δι' ἀσθένειαν δυνάμεως ἐγίνετο τὸ σαφές, οὐκ ἄξιον ἦν αὐτὸ ἀγαπᾶν· νῦν δὲ ὁ πλοῦτος τῶν κυρίων ὀνομάτων ἐκ πολλῆς αὐτῷ περιουσίας ἀποδείκνυται ταύτην τὴν ἀρετήν. ὥστε τὴν σαφήνειαν αὐτοῦ ζηλοῦν ἄξιον· καὶ μὴν τό γε βραχέως ἐκφέ-

ρειν τὰ νοήματα μετὰ τοῦ σαφοῦς, χαλεποῦ τοῦ πράγματος ὄντος φύσει, τοῦ συναγαγεῖν ἄμφω ταῦτα καὶ κεράσαι μετρίως, μάλιστα ἢ οὐδενὸς ἧττον τῶν ἄλλων ἀποδείκνυται Λυσίας χρώμενος· ὥστε οὐδὲν τοῖς διὰ χειρὸς ἔχουσι τὸν ἄνδρα οὔτε ἀκυρολογίας οὔτε ἀσαφείας δόξαν λαβεῖν. τούτου δὲ αἴτιον, ὅτι οὐ τοῖς ὀνόμασι δουλεύει τὰ πράγματα παρ' αὐτῷ, τοῖς δὲ πράγμασιν ἀκολουθεῖ τὰ ὀνόματα, τὸν δὲ κόσμον οὐκ ἐν τῷ διαλλάττειν τὸν ἰδιώτην, ἀλλ' ἐν τῷ μιμεῖσθαι λαμβάνει. Καὶ οὐκ ἐπὶ μὲν τῆς ἑρμηνείας τοιοῦτός ἐστιν, ἐν δὲ τοῖς πράγμασιν ἄκαιρός τις καὶ μακρός· συνέστραπται δέ, εἴ τις καὶ ἄλλος, καὶ πεπύκνωται τοῖς νοήμασι. καὶ τοσούτου δεῖ τῶν οὐκ ἀναγκαίων τι λέγειν, ὥστε καὶ πολλὰ τῶν χρησίμων ἂν δόξειε παραλιπεῖν· οὐ μὰ Δί' ἀσθενείᾳ εὑρέσεως αὐτὸ ποιῶν, ἀλλὰ συμμετρήσει τοῦ χρόνου, πρὸς ὃν ἔδει γενέσθαι τοὺς λόγους. βραχύς γε μὴν οὕτως, ὡς μὲν ἰδιώτῃ δηλῶσαι βουλομένῳ τὰ πράγματα ἀποχρῶν, ὡς δὲ ῥήτορι περιουσίαν δυνάμεως ἐνδείξασθαι ζητοῦντι οὐχ ἱκανός. μιμητέον δὲ καὶ τὴν βραχύτητα τὴν Λυσίου· μετριωτέρα γὰρ οὐκ ἂν εὑρεθείη παρ' ἑτέρῳ ῥήτορι.

5. Μετὰ ταύτας ἀρετὴν εὑρίσκω παρὰ Λυσίᾳ πάνυ θαυμαστήν, ἧς Θεόφραστος μέν φησιν ἄρξαι Θρασύμαχον, ἐγὼ δ' ἡγοῦμαι Λυσίαν. καὶ γὰρ τοῖς χρόνοις οὗτος ἐκείνου προέχειν ἔμοιγε δοκεῖ· λέγω δ' ὡς ἐν ἀκμῇ κοινῇ βίου γενομένων ἀμφοῖν· καὶ εἰ μὴ τοῦτο δοθείη, τό γέ τοι περὶ τοὺς ἀληθινοὺς ἀγῶνας ἐκείνου μᾶλλον τετρῖφθαι. οὐ μέντοι διαβεβαιοῦμαί γε, ὁπότερος ἦρξε τῆς ἀρετῆς ταύτης κατὰ τὸ παρόν, ἀλλ' ὅτι Λυσίας μᾶλλον ἐν αὐτῇ διήνεγκε, τοῦτο θαῤῥῶν ἂν ἀποφηναίμην. τίς δ' ἐστὶν ἥν φημι ἀρετήν; ἡ συστρέφουσα τὰ νοήματα καὶ στρογγύλως ἐκφέρουσα λέξις, οἰκεία πάνυ καὶ ἀναγκαία τοῖς δικανικοῖς λόγοις, καὶ παντὶ ἀληθεῖ ἀγῶνι. ταύτην ὀλίγοι μὲν ἐμιμήσαντο, Δημοσθένης δὲ καὶ ὑπερεβάλετο· πλὴν οὐχ οὕτως εὐτελῶς, οὐδὲ ἀφελῶς, ὥσπερ Λυσίας, χρησάμενος αὐτῇ, ἀλλὰ πε-

ριέργως καὶ πικρῶς· λεγέσθω γάρ, ὡς ἐμοὶ φαίνεται· ὑπὲρ ὧν κατὰ τὸν οἰκεῖον διαλέξομαι καιρόν.

6. Ἔχει δὲ καὶ τὴν ἐνάργειαν πολλὴν ἡ Λυσίου λέξις. αὕτη δέ ἐστι δύναμίς τις ὑπὸ τὰς αἰσθήσεις ἄγουσα τὰ λεγόμενα. γίνεται δὲ ἐκ τῆς τῶν παρακολουθούντων λήψεως. ὁ δὲ προσέχων τὴν διάνοιαν τοῖς Λυσίου λόγοις οὐχ οὕτως ἔσται σκαιός, ἢ δυςάρεστος, ἢ βραδὺς τὸν νοῦν, ὃς οὐχ ὑπολήψεται τὰ δηλούμενα ὡς γινόμενα ὁρᾶν, καὶ ὥςπερ παροῦσιν οἷς ἂν ὁ ῥήτωρ εἰςάγῃ προςώποις ὁμιλεῖν. ἐπιζητήσει τε οὐδὲν εἰκός· τοὺς μὲν ἂν δρᾶσαι ἴδοι, τοὺς δὲ παθεῖν, τοὺς δὲ διανοηθῆναι, τοὺς δὲ εἰπεῖν.

7. Κράτιστος γὰρ δὴ πάντων ἐγένετο ῥητόρων φύσιν ἀνθρώπων κατοπτεῦσαι, καὶ τὰ προςήκοντα ἑκάστοις ἀποδοῦναι πάθη τε καὶ ἤθη καὶ ἔργα. Ἀποδίδωμί τε οὖν αὐτῷ καὶ τὴν εὐπρεπεστάτην ἀρετήν, καλουμένην δὲ ὑπὸ τῶν πολλῶν ἠθοποιΐαν. ἁπλῶς γὰρ οὐδὲ εὑρεῖν δύναμαι παρὰ τῷ ῥήτορι τούτῳ πρόςωπον οὔτε ἀνηθοποίητον, οὔτε ἄψυχον. τριῶν τε ὄντων, ἐν οἷς καὶ περὶ ἃ τὴν ἀρετὴν ταύτην συμβέβηκεν εἶναι, διανοίας τε καὶ λέξεως, καὶ τρίτης τῆς συνθέσεως, ἐν ἅπασι τούτοις αὐτὸν ἀποφαίνομαι κατορθοῦν. οὐ γὰρ διανοουμένους μόνον ὑποτίθεται χρηστὰ καὶ ἐπιεικῆ καὶ μέτρια τοὺς λέγοντας, ὥςτε εἰκόνας εἶναι δοκεῖν τῶν ἠθῶν τοὺς λόγους, ἀλλὰ καὶ τὴν λέξιν ἀποδίδωσι τοῖς ἤθεσιν οἰκείαν· ᾗ πέφυκεν αὐτὰ ἑαυτῶν κράτιστα δηλοῦσθαι τὴν σαφῆ καὶ κυρίαν καὶ κοινὴν καὶ πᾶσιν ἀνθρώποις συνηθεστάτην. ὁ γὰρ ὄγκος καὶ τὸ ξένον, καὶ τὸ ἐξ ἐπιτηδεύσεως ἅπαν, ἀνηθοποίητον. καὶ συντίθησί γε αὐτὴν ἁπλῶς πάνυ καὶ ἀφελῶς· ὁρῶν, ὅτι οὐκ ἐν τῇ περιόδῳ καὶ τοῖς ῥυθμοῖς, ἀλλ' ἐν τῇ διαλελυμένῃ λέξει γίνεται τὸ ἦθος. καθόλου δέ, ἵνα καὶ περὶ ταύτης εἴπω τῆς ἀρετῆς, οὐκ οἶδ' εἴ τις ἄλλος ῥητόρων τῶν γε τῇ ὁμοίᾳ κατασκευῇ χρησαμένων τοῦ λόγου, εἴτε ἥδιον συνέθηκεν, εἴτε πιθανώτερον. δοκεῖ μὲν γὰρ ἀποίητός τις εἶναι καὶ ἀτεχνίτευτος ὁ τῆς ἁρμονίας αὐτοῦ χαρακτήρ. καὶ οὐ θαυμάσαιμ' ἄν, εἰ πᾶσι τοῖς ἰδιώταις, οὐκ ὀλί-

γοις δὲ καὶ τῶν φιλολόγων, ὅσοι μὴ μεγάλας ἔχουσι τριβὰς περὶ λόγους, τοιαύτην τινὰ παράσχει δόξαν, ὅτι ἀνεπιτηδεύτως καὶ οὐ κατὰ τέχνην, αὐτομάτως δέ πως καὶ ὡς ἔτυχε σύγκειται. ἔστι δὲ παντὸς μᾶλλον ἔργου τεχνικοῦ κατεσκευασμένος· πεποίηται γὰρ αὐτῷ τοῦτο τὸ ἀποίητον, καὶ δέδεται τὸ λελυμένον· καὶ ἐν αὐτῷ τῷ μὴ δοκεῖν δεινῶς κατεσκευάσθαι τὸ δεινὸν ἔχει. τὴν ἀλήθειαν οὖν τις ἐπιτηδεύων, καὶ φύσεως μιμητὴς γίνεσθαι βουλόμενος οὐκ ἂν ἁμαρτάνοι τῇ Λυσίου συνθέσει χρώμενος. ἑτέραν γὰρ οὐκ ἂν εὕροι ταύτης ἀληθεστέραν.

8. Οἴομαι δὲ καὶ τὸ πρέπον ἔχειν τὴν Λυσίου λέξιν οὐδενὸς ἧττον τῶν ἀρχαίων ῥητόρων, κρατίστην ἁπασῶν ἀρετὴν καὶ τελειοτάτην, ὁρῶν αὐτὴν πρός τε τὸν λέγοντα καὶ πρὸς τοὺς ἀκούοντας καὶ πρὸς τὸ πρᾶγμα (ἐν τούτοις γὰρ δὴ καὶ πρὸς ταῦτα τὸ πρέπον) ἀρκούντως ἡρμοσμένην. καὶ γὰρ ἡλικίᾳ καὶ γένει καὶ παιδείᾳ καὶ ἐπιτηδεύματι καὶ βίῳ καὶ τοῖς ἄλλοις, ἐν οἷς διαφέρει προσώπων τὰ πρόσωπα, τὰς οἰκείας ἀποδίδωσι φωνάς· πρός τε τὸν ἀκροατὴν συμμετρεῖται τὰ λεγόμενα οἰκείως, οὐ τὸν αὐτὸν τρόπον δικαστῇ τε καὶ ἐκκλησιαστῇ καὶ πανηγυρίζοντι διαλεγόμενος ὄχλῳ. διαφοράς τε αὐτῷ λαμβάνει κατὰ τὰς ἰδέας τῶν πραγμάτων ἡ λέξις. ἀρχομένῳ μὲν γάρ ἐστι καθεστηκυῖα καὶ ἠθική, διηγουμένῳ δὲ πιθανὴ καὶ ἀπερίεργος· ἀποδεικνύντι δὲ στρογγύλη καὶ πυκνή· αὔξοντι δὲ καὶ παθαινομένῳ σεμνὴ καὶ ἀληθινή· ἀνακεφαλαιουμένῳ δὲ διαλελυμένη καὶ σύντομος. Ληπτέον δὲ καὶ τὸ πρέπον τῆς τάξεως παρὰ Λυσίου. — — — —

9. Ὅτι μὲν γὰρ πιθανὴ καὶ πειστικὴ καὶ πολὺ τὸ φυσικὸν ὑποφαίνουσα, καὶ πάνθ' ὅσα τῆς τοιαύτης ἰδέας ἔχεται, πρὸς εἰδότας οὐδὲν ἴσως δεῖ λέγειν. δι' ὄχλου γὰρ ἤδη τοῦτό γε, καὶ οὐδείς ἐστιν, ὅςτις οὐχὶ καὶ πείρᾳ καὶ ἀκοῇ μαθὼν ὁμολογεῖ πάντων ῥητόρων αὐτὸν εἶναι πιθανώτατον. ὥςτε καὶ ταύτην τὴν ἀρετὴν ληπτέον παρὰ τοῦ ῥήτορος.

ΛΥΣΙΟΥ

ΥΠΕΡ ΤΟΥ

ΕΡΑΤΟΣΘΕΝΟΥΣ ΦΟΝΟΥ

ΑΠΟΛΟΓΙΑ.

PROOEMIUM.

Lex erat Solonis, quam Lysias affert §. 30., *τοῦτον μὴ καταγινώσκειν φόνον, ὃς ἂν ἐπὶ δάμαρτι τῇ ἑαυτοῦ μοιχὸν λαβὼν ταύτην τὴν τιμωρίαν* (*φόνου*) *ποιήσηται.* Euphiletus, qui hanc orationem habet, Eratosthenem quendam necaverat ut moechum deprehensum. Euphiletum cognati interfecti *πρὸς βασιλέα*, archontem secundum, *φόνου* accusaverunt. Quum Euphiletus autem caedem se patrasse non negaret, jure vero patrasse affirmaret, *βασιλεὺς* caussam cognoscendam detulit ad judicium *ἐπὶ Δελφινίῳ*, de quo loquitur Demosthenes *κατὰ Ἀριστοκρ.* p. 644. Cf. Aug. Matthiae Misc. Philoll. p. 151. Eo autem loco, qui Delphinium appellabatur, de hoc genere caedis patratae judicabant Heliastae. Vide der Attische Process p. 142 ss. Nomen, quo alloquitur judices, ubique est *ὦ ἄνδρες*, semel *ὦ Ἀθηναῖοι*: quod utrumque proprium Heliastarum. In exordio reus ait summum hoc crimen non solum ab Atheniensibus, sed ab omnibus Graecis haberi, cujus ulciscendi caussa ipse caedem patraverit. Tum rem factam accurate exponit; cujus narrationis momenta haec sunt: summam se fidem uxori, filiolo genito, habuisse, quippe quam usque ad id tempus probam ac sedulam cognoverit. Eam autem suae, mariti, matris mortuae exsequias prosecutam ab Eratosthene conspectam: qui abreptus turpi libidine per uxoris ancillam eam corrumpendam tentaverit, quod ipsi, nihil se mali suspicante, tandem contigerit. Inopinato autem in via ad se accessisse anum eamque dixisse: Gravi te, Euphilete, caussa interpello. Inimicus noster, qui multas jam uxores, tuam etiam constupravit, isque est Eratosthenes ex demo Oee. Si ex ancilla tua opsonatrice quaesi-

ris, omnem rem comperies. Ut fit, maritus completur suspicione, et quae antea parum attenderat, animum jam angunt et cruciant. Ancillam ad unum familiarium adducit, et aperit omnia se, quae domi fiant, comperta habere. Ancilla primum audacter negat, nec terretur minis; quum autem Eratosthenes nominatur, opinans omnem rem esse detectam, percussa cuncta fatetur. Ad genua domini prolapsa rem totam accurate exponit, et accepta fide nihil se quicquam mali passuram, si effecerit, ut dominus moechum in facto deprehendat, id se effecturam pollicetur. — Diebus quatuor vel quinque praeterlapsis, Sostratus, amicus Euphileti, sero vespere rure rediens ab Euphileto invitatur ad coenam. Utroque in superiore conclavi coenato, Sostratus domum abit, Euphiletus cubitum se confert. Somno jam sopitus subito excitatur ab ancilla, adesse Eratosthenem. Quum monuisset, ut januam diligenter servaret, foras exit, ut conquireret amicos. Cum iis, quos domi invenerat, domum suam ingressus est, et foribus cubiculi, in quo uxor dormiebat, effractis, qui primi intrant, conspiciunt hominem una cum uxore accubantem, qui posteriores, nudum vident lecto adstantem. Euphiletus ictu hominem humi prosternit, qui dein manibus religatis, injuriam a se factam confessus, orat ploratque, ne se maritus interficiat, sed pecuniam exigat. »Non ego, inquit Euphiletus, te interficio, sed patriae leges.« His dictis, moechum trucidat.

Hac narratione absoluta, refutat calumnias quas dicit adversariorum, qui hominem e via abreptum, quum, quid ageretur, intelligeret, ad aram confugisse clamabant. Quibus satis probabiliter refutatis, appellat leges, quae non solum caedem concesserint moechi, sed vel commendarint: qua in re hoc unum videtur in dubitationem vocari posse, num hic revera acciderit, quod lex intelligit locutione ἐπὶ δάμαρτι. Alibi enim explicativum additur ἐν ἔργῳ, et, si fides Luciano in Eun. c. 10. T. II. p. 358., in Ἄξονι, h. e. legibus ipsis Solonis (cf. hujus orationis notam ad §. 30.) erat ἄρθρα ἐν ἄρθροις ἔχων: quod disertis verbis ne is quidem, qui loquitur, enuntiare audet. Rerum tamen conditio, de cujus veritate vix dubitare licet, probabile reddit hominem ἐν ἔργῳ deprehensum esse.

Περὶ πολλοῦ ἂν ποιησαίμην, ὦ ἄνδρες, τὸ τοιούτους ὑμᾶς ἐμοὶ δικαστὰς περὶ τούτου τοῦ πράγματος γενέσθαι, οἷοίπερ ἂν ὑμῖν αὐτοῖς, εἰ ἦτε τοιαῦτα πεπονθότες. εὖ γὰρ οἶδ' ὅτι, εἰ τὴν αὐτὴν γνώμην

In hac oratione Bekkerus varietatem e quinque codd. notavit CMNOX.

1. *εἰ ἦτε τοιαῦτα πεπονθότες*] Quod Reiskius sine libris dederat *εἴητε*, id Bekkerus duorum librorum auctoritate retinuit. Equidem antiquam lectionem revocavi, quam tuentur libri optimi. Nam ad *οἷοίπερ ἂν* ex antecedente *γενέσθαι* supplendum *ἐγένεσθε*, cui per-

περὶ τῶν ἄλλων ἔχοιτε, ἥνπερ περὶ ὑμῶν αὐτῶν, οὐκ ἂν εἴη, ὅςτις οὐκ ἐπὶ τοῖς γεγενημένοις ἀγανακτοίη, ἀλλὰ πάντες ἂν περὶ τῶν τὰ τοιαῦτα ἐπιτηδευόντων τὰς ζημίας μικρὰς ἡγοῖσθε. καὶ ταῦτα οὐκ ἂν εἴη 2
μόνον παρ' ὑμῖν οὕτως ἐγνωσμένα, ἀλλ' ἐν ἁπάσῃ τῇ Ἑλλάδι. περὶ τούτου γὰρ μόνου τοῦ ἀδικήματος καὶ ἐν δημοκρατίᾳ καὶ ὀλιγαρχίᾳ ἡ αὐτὴ τιμωρία τοῖς ἀσθενεστάτοις πρὸς τοὺς τὰ μέγιστα δυναμένους ἀποδέδοται, ὥςτε τὸν χείριστον τῶν αὐτῶν τυγχάνειν τῷ βελτίστῳ. οὕτως, ὦ ἄνδρες, ταύτην τὴν ὕβριν ἅπαντες ἄνθρωποι δεινοτάτην ἡγοῦνται. περὶ 3

quam apte respondet εἰ ἦτε – πεπονθότες. In utroque autem membro proprius est in hac constructione indicativus, quoniam ponitur res, quae nec est nec erit. In seqq. vero εἰ – ἔχοιτε recte adhibetur optativus, quum sermo sit de re, quam orator vel esse vel esse posse negare non vult.

μικρὰς] quod ex Stephani conjectura profectum est, nunc confirmavit O. Ceteri codd. μακράς. Quod quum plurimi optimique codd. firmiter teneant, possit forsitan sic intelligi; » Opinaremini nimis lentas esse poenas; clamaretis omnes eum, qui adulterium commiserit, in ipso facto poenas meruisse.«

2. καὶ ἐν δημοκρατίᾳ καὶ ὀλιγαρχίᾳ] Auger de conjectura addidit ἐν ante ὀλιγαρχίᾳ; nec potest negari raro post καὶ – καί praepositionem in altero membro omitti, nec eam omissam esse in no-

2. καὶ ἐν δημοκρατίᾳ καὶ ὀλιγαρχίᾳ] Nota apud Graecos δημοκρατίᾳ semper opponi ὀλιγαρχίαν (h. e. illam civitatis formam, in qua pauci quidam seu natalium jure seu censu, etiam factionis opibus et potentia ad summam rerum administrandam adspirare queant, ceteri excludantur), non ἀριστοκρατίαν, ἣν Σωκράτης ἐνόμιζεν εἶναι τὴν πολιτείαν, ἐν ᾗ ἐκ τῶν τὰ νόμιμα ἐπιτελούντων αἱ ἀρχαὶ καθίστανται. Xenoph. Mem. IV. 6, 12. quae non omnibus omnino tribuebat idem, sed singulis id, quo digni essent, optimisque et virtute civili praestantissimis summos in republica honores. Graecorum de hac re rationem et usum copiosius illustravit Joannes Luzac in Annotationibus ad orationem de Socrate cive p. 63—74.

τοῖς ἀσθενεστάτοις] Ἀσθενής et ἀσθένεια interdum absolute, interdum addito χρήμασιν aut simili aliquo vocabulo de paupertate, ut δύνασθαι et δυνατός eadem ratione de divitiis. Cf. Valckenaer ad Herodot. VIII. 51.

ταύτην τὴν ὕβριν] Res nondum disertis verbis in oratione expressa est; significata illa in libello, qui ante orationem habendam praelegebatur.

μὲν οὖν τοῦ μεγέθους τῆς ζημίας ἅπαντας ὑμᾶς νο-
μίζω τὴν αὐτὴν διάνοιαν ἔχειν, καὶ οὐδένα οὕτως
ὀλιγώρως διακεῖσθαι, ὅςτις οἴεται δεῖν συγγνώμης
τυγχάνειν, ἢ μικρᾶς ζημίας ἀξίους ἡγεῖται τοὺς τῶν
4 τοιούτων ἔργων αἰτίους· ἡγοῦμαι δέ, ὦ ἄνδρες, τοῦ-
τό με δεῖν ἐπιδεῖξαι, ὡς ἐμοίχευεν Ἐρατοσθένης τὴν
γυναῖκα τὴν ἐμήν, καὶ ἐκείνην τε διέφθειρε καὶ τοὺς
παῖδας τοὺς ἐμοὺς ᾔσχυνε καὶ ἐμὲ αὐτὸν ὕβρισεν,
εἰς τὴν οἰκίαν τὴν ἐμὴν εἰςιών. καὶ οὔτε ἔχθρα ἐμοὶ
καὶ ἐκείνῳ οὐδεμία ἦν πλὴν ταύτης, οὔτε χρημάτων
ἕνεκα ἔπραξα ταῦτα, ἵνα πλούσιος ἐκ πένητος γένω-
μαι, οὔτε ἄλλου κέρδους οὐδενὸς πλὴν τῆς κατὰ νό-
μους τιμωρίας.

5 Ἐγὼ τοίνυν ἐξ ἀρχῆς ὑμῖν ἅπαντα ἐπιδείξω τὰ
ἐμαυτοῦ πράγματα, οὐδὲν παραλείπων, ἀλλὰ λέγων
τἀληθῆ. ταύτην γὰρ ἐμαυτῷ μόνην ἡγοῦμαι σωτη-
ρίαν, ἐὰν ὑμῖν εἰπεῖν δυνηθῶ ἅπαντα τὰ πεπραγμέ-
6 να. ἐγὼ γάρ, ὦ ἄνδρες, ἐπειδὴ ἔδοξέ μοι γῆμαι καὶ

stra formula usquam animadverti. Qui possunt ex Lysia afferri loci ad tuendam librorum lectionem, hi sunt. πρὸς Σίμ. §. 38. p. 155. s. R. ἐν ᾧ καὶ περὶ τῆς πατρίδος καὶ τῆς οὐσίας ἐμαυτοῦ ἁπάσης κινδυνεύω. κατ' Ἀγορ. §. 11. καὶ διὰ τὸν πόλεμον καὶ τὰ κακά. περὶ δημ. τ. N. ἀδ. ἐπίλ. §. 6. καὶ διὰ τοὺς προγόνους καὶ αὐτόν, ubi Reiskius vult καὶ δι' αὐτόν. §. 13. p. 606. R. καλὴν εἶναι τὴν ἐπίδειξιν καὶ πρὸς τοὺς πολίτας καὶ τοὺς ξένους.

3. περὶ μὲν οὖν τοῦ μεγέθους τῆς ζημίας] Reiskius pro τῆς ζημίας legendum opinatur τῆς ὕβρεως vel τῆς παρανομίας: quod non aptum consilio oratoris. Ex iis enim, quae proxime dixerat, concludit omnibus esse persuasum, magnam p o e n a m meruisse eum, qui commiserit factum, idque in hac enuntiatione quomodo intelligat, exponit; in sequenti vero, ut decebat hominem probum, addit non temere credendum esse loquenti; sed factum ei certis argumentis probandum.

4. ἐκείνην – διέφθειρε] Vid. L o b e c k ad Phrynichum Eclog. p. 70. θυγατέρα διεφθαρμένην habemus in Aeschine c. Tim. c. 74. Infra §. 8. ἡ ἐμὴ γυνὴ – χρόνῳ διαφθείρεται. §. 16.

πλὴν ταύτης] Praeter eam, quae ex hac illata contumelia exorta est.

ἔπραξα ταῦτα] Per euphemismum pro u l t u s s u m, e u m occidi.

5. σωτηρίαν] salutem, liberationem coram judicio.

γυναῖκα ἠγαγόμην εἰς τὴν οἰκίαν, τὸν μὲν ἄλλον
χρόνον οὕτω διεκείμην, ὥστε μήτε λυπεῖν μήτε λίαν
ἐπ' ἐκείνῃ εἶναι, ὅ τι ἂν θέλῃ ποιεῖν· ἐφύλαττόν τε
ὡς οἷόν τε ἦν, καὶ προςεῖχον τὸν νοῦν, ὥσπερ εἰκὸς
ἦν. ἐπειδὴ δέ μοι παιδίον γίγνεται, ἐπίστευον ἤδη,
καὶ πάντα τὰ ἐμαυτοῦ ἐκείνῃ παρέδωκα, ἡγούμενος
ταύτην οἰκειότητα μεγίστην εἶναι. ἐν μὲν οὖν τῷ 7
πρώτῳ χρόνῳ, ὦ Ἀθηναῖοι, πασῶν ἦν βελτίστη· καὶ
γὰρ οἰκονόμος δεινὴ, καὶ φειδωλὸς ἀγαθὴ, καὶ ἀκρι-
βῶς πάντα διοικοῦσα. Ἐπειδὴ δέ μοι ἡ μήτηρ ἐτε-
λεύτησε, πάντων τῶν κακῶν ἀποθανοῦσα αἰτία μοι
γεγένηται. ἐπ' ἐκφορὰν γὰρ αὐτῇ ἀκολουθήσασα ἡ 8
ἐμὴ γυνὴ ὑπὸ τούτου τοῦ ἀνθρώπου ὀφθεῖσα, χρό-
νῳ διαφθείρεται. ἐπιτηρῶν γὰρ τὴν θεράπαιναν τὴν
εἰς τὴν ἀγορὰν βαδίζουσαν καὶ λόγους προςφέ-

6. ὅ τι ἂν θέλῃ] Sic Bekkerus ex omnibus suis codd. Vulgo θέλοι.

6. *γυναῖκα ἠγαγόμην*] Thomas M. p. 6. *ἄγεται γυναῖκα, οὐκ ἄγει.* Forma media Atticis significatione bona plerumque adhibita, activa autem de meretrice. Non tamen ubique hoc discrimen obtinet. Cf. Wesseling. ad Diodor. Sic. XVIII. 23. Valckenaer ad Herodotum IV. 78. monet plenam esse phrasin *γυναῖκα ἄγεσθαι εἰς τὴν οἰκίαν*, Herodotum autem nove ibi dixisse *γαμεῖν ἐς οἰκία γυναῖκα.* – Quod praecedit *γῆμαι*, hoc unum probat Thomas M. p. 194., rejiciens *γαμῆσαι*: quod recentioris est aetatis. Cf. Lobeck ad Phrynich. p. 742. Activum autem *γῆμαι* est viri, medium *γήμασθαι* mulieris.

ὥστε μήτε λυπεῖν cet.] Ut nec morosus essem nec faciendi quicquid vellet, licentiam ipsi concederem. Maritorum apud antiquos erat major in uxores potestas, quam nostra aetas patitur.

7. *οἰκονόμος δεινὴ*] Apta et diligens ad rem familiarem tuendam et augendam; *φειδωλὸς ἀγαθή* imprimis ea, quae nil temere impendit, sed, quamvis honesta sint omnia, ea tamen minimo sumtu parat et servat; *ἀκριβῶς πάντα διοικοῦσα*, accurata imprimis ratione hominum, qui ad familiam pertinebant.

πάντων τῶν κακῶν ἀποθανοῦσα αἰτία μοι γεγένηται] Caussa eorum, quae post mortem hominis accidunt, nec eo vivo accidissent, ad defunctum quodammodo refertur, quod hic illa, quae vivus impedivisset, nunc impedire non potuit. [Sic malim: *ἡ μήτηρ ἀποθανοῦσα* est *ὁ τῆς μητρὸς θάνατος*; haec mors caussa malorum facta ob ea, quae insecuta sunt, funus nimirum, et consuetudo cum moecho in funere illo exorta. F. J.] Ceterum, quod mulieres atque innuptas etiam virgines licebat cognatorum funera prosequi, id saepe amoribus et flagitiis locum dedit. Vid. Victor. Var. Lectt. III. 12. Innuptas tamen abesse jussit Plato. Vid. Dorvill. ad Char. p. 242. inf. Lips.

9 ρων ἀπώλεσεν αὐτήν. πρῶτον μὲν οὖν, ὦ ἄνδρες, (δεῖ γὰρ καὶ ταῦθ' ὑμῖν διηγήσασθαι,) οἰκίδιόν ἐστί μοι διπλοῦν, ἴσα ἔχον τὰ ἄνω τοῖς κάτω, κατὰ τὴν γυναικωνῖτιν καὶ κατὰ τὴν ἀνδρωνῖτιν. ἐπειδὴ δὲ τὸ παιδίον ἐγένετο ἡμῖν, ἡ μήτηρ αὐτὸ ἐθήλαζεν· ἵνα δὲ μή, ὁπότε λούεσθαι δέοι, κινδυνεύῃ κατὰ τῆς κλίμακος καταβαίνουσα, ἐγὼ μὲν ἄνω διῃτώμην, αἱ δὲ γυναῖκες κάτω. καὶ οὕτως ἤδη συνειθισμένον ἦν, ὥςτε πολλάκις ἡ γυνὴ ἀπῄει κάτω καθευδήσουσα ὡς τὸ παιδίον, ἵνα τὸν τιτθὸν αὐτῷ διδῷ καὶ μὴ βοᾷ.
10 καὶ ταῦτα πολὺν χρόνον οὕτως ἐγίνετο, καὶ ἐγὼ οὐδέποτε ὑπώπτευσα· ἀλλ' οὕτως ἠλιθίως διεκείμην,

9. *κινδυνεύῃ*] Sic Bekkerus ex omnibus suis codd. pro vulgato *κινδυνεύοι*. Vide Exc. I.

8. *ἀπώλεσεν αὐτήν*] sc. *τὴν θεράπαιναν*. *Ἀπολλύναι* h. l. pecunia corrumpere.

9. *οἰκίδιον διπλοῦν*] Idem est quod *διόροφον*, *δίστεγον*, duabus contignationibus instructum. Quae sequuntur, continent explicationem *οἰκιδίου διπλοῦ*. Eadem erat utriusque partis ratio; *ἴσα ἔχον τὰ ἄνω τοῖς κάτω*. Ex more erant *τὰ ἄνω ἡ γυναικωνῖτις*, *τὰ κάτω ἡ ἀνδρωνῖτις*. Quum autem mater infantulo mammam praeberet et balneo uteretur, quod videtur in inferiore domus parte fuisse, sollicitus maritus concessit, ut uxor cum famulis et infante in inferiore parte habitaret, ne quid accideret descendenti in balneum. De ratione domorum Graecarum multa etiamnum dubia sunt. Videatur tamen Schneiderus in Epimetro ad Xenophontis Mem. edit. 1801., qui nostrum locum tangit p. 292.

ἡ μήτηρ αὐτὸ ἐθήλαζεν] Grammatici plerique antiqui affirmant activum *θηλάζειν* esse matris aut nutricis puerum lactantis, lac praebentis; medium *θηλάζεσθαι* pueri lactentis, lac sumentis. cf. Graevium ad Luciani Soloec. c. 4. Zonaras: *θηλάζειν ἐνεργητικῶς ἡμεῖς* (nostrae aetatis homines) *ἀντιλαμβανόμεθα τοῦ ῥήματος ἐπὶ τῶν παιδίων τῶν θηλαζόντων· Λυσίας δὲ παθητικῶς κέχρηται ἐπὶ γυναικὸς παρεχούσης γάλα.*

10. *καθευδήσουσα*] A barytono *καθεύδω*. Cf. Matthiae Gr. Gr. §. 178. 3. Rost Gr. Gr. §. 82. annot. 5. 1.

καὶ ἐγὼ οὐδέποτε ὑπώπτευσα] Herodianus quidem post Moerin p. 460 s. ait: *τὸ οὐδέποτε ἐπὶ τοῦ μέλλοντος, τὸ οὐδεπώποτε ἐπὶ παρεληλυθότος.* Sed jam Sallier et Pierson monnerunt *οὐδέποτε* plerumque cum futuro construi, nec tamen vitiosam esse ejus cum aoristo constructionem. Brunckium aliosque Herodiani praeceptum secutos merito castigavit Fr. A. Wolfius ad Demosth. Leptin. p. 313. Infra §. 17. *ὃ οὐδέποτε ἐγένετο.* *πρὸς Σίμ.* §. 26. p. 149. R. *φανερός ἐστιν ἐγκαλέσας οὐδέποτ' ἀργύριον.* *κατ' Ἀλκιβ. Α.* §. 38. p. 548. R. *οὐδέποτ' ἐλθὼν εὐθύνας ἐτόλμησε δοῦναι.* *κατ' Εὐάνδρ.* §. 20. p. 804. R. *καὶ οὐδέποτε αὐτοῖς μετεμέλησε.*

Steph. 92.

ὥστε ᾤμην τὴν ἐμαυτοῦ γυναῖκα πασῶν σωφρονεστά-
την εἶναι τῶν ἐν τῇ πόλει. Προϊόντος δὲ τοῦ χρόνου, 11
ὦ ἄνδρες, ἧκον μὲν ἀπροσδοκήτως ἐξ ἀγροῦ, μετὰ δὲ
τὸ δεῖπνον τὸ παιδίον ἐβόα, καὶ ἐδυσκόλαινεν ὑπὸ τῆς
θεραπαίνης ἐπίτηδες λυπούμενον, ἵνα ταῦτα ποιῇ.
ὁ γὰρ ἄνθρωπος ἔνδον ἦν· ὕστερον γὰρ ἅπαντα ἐπυ-
θόμην· καὶ ἐγὼ τὴν γυναῖκα ἀπιέναι ἐκέλευον, καὶ 12
δοῦναι τῷ παιδίῳ τὸν τιτθὸν, ἵνα παύσηται κλαῖον.
ἡ δὲ τὸ μὲν πρῶτον οὐκ ἤθελεν, ὡς ἂν ἀσμένη με
ἑωρακυῖα ἥκοντα διὰ χρόνου. ἐπειδὴ δὲ ἐγὼ ὠργι-
ζόμην, καὶ ἐκέλευον αὐτὴν ἀπιέναι, »Ἵνα σύ γε« ἔφη
»πειρᾷς ἐνταῦθα τὴν παιδίσκην· καὶ πρότερον δὲ με-
θύων εἷλκες αὐτήν.« κἀγὼ μὲν ἐγέλων· ἐκείνη δὲ ἀνα- 13
στᾶσα καὶ ἀπιοῦσα προστίθησι τὴν θύραν, προσποιου-
μένη παίζειν, καὶ τὴν κλεῖν ἐφέλκεται. κἀγὼ τούτων
οὐδὲν ἐνθυμούμενος, οὐδ' ὑπονοῶν, ἐκάθευδον ἄσμε-

12. παιδίῳ] Sic Bekkerus de conjectura pro lectione librorum παιδί, – παιδίον enim est vocabulum proprium de infante, qui est in cunis, ut ubique in hac oratione, nec παῖς de tali infante usquam apud Lysiam inveni.

11. ἐπίτηδες] De industria, consulto aut ex composito.

12. ἵνα σύγε πειρᾷς τὴν παιδίσκην] Scholiastes ad Aristoph. Eqq. v. 514. πειρᾶν, inquit, τὸ προσβαλεῖν τῇ γυναικὶ περὶ ἀφροδίτης. Plut. 149. ss.

καὶ τάς γ' ἑταίρας φασὶ τὰς Κορινθίας,
ὅταν μὲν αὐτάς τις πένης πειρῶν τύχῃ,
οὐδὲ προσέχειν τὸν νοῦν.

Παιδίσκη Phrynichus p. 239. τοῦτο ἐπὶ τῆς θεραπαίνης οἱ νῦν τιθέασιν, οἱ δ' ἀρχαῖοι ἐπὶ τῆς νεάνιδος, οἷς ἀκολουθητέον. Servas tamen juvenes, non solum ingenuas puellas insignivisse hoc nomine antiquos docet praeter alios hic noster locus. κατ' Ἀγορ. §. 67. p. 489 s. R. ἐκεῖθεν δὲ παιδίσκην ἀστῆς ἐξαγαγὼν ἁλίσκεται.

εἷλκες] Item verbum libidinis, quod respondet Latinorum vellicare, de impudicis contrectationibus et irritationibus.

προστίθησι τὴν θύραν] Proba locutio προστιθέναι τὴν θύραν, adducere fores, occludere, in qua haerere non oportebat viros doctos apud Diogen. Laert. II. 105. ubi de Phaedone: τὸ θύριον προστιθεὶς μετεῖχε Σωκράτους. Is scilicet quum a domino cogeretur turpi se quaestui dare ex aliorum libidine redundanti, janua clausa, Socratis utebatur disciplina. Pollux X. 25. ἀπὸ δὲ τῶν κλειδῶν τὸ κλεῖσαι, συγκλεῖσαι, παρακλεῖσαι, ἐπικλεῖσαι, ἐφ' οὗ καὶ τὸ προσθεῖναι τὴν θύραν. — τὴν κλεῖν ἐφέλκεται. extrahit e foramine claustri clavim et secum aufert, ne maritus exire possit, idque quasi jocans fecit, ne scilicet ancillam arripere posset.

14 νος, ἧκων ἐξ ἀγροῦ. ἐπειδὴ δὲ ἦν πρὸς ἡμέραν,
ἧκεν ἐκείνη καὶ τὴν θύραν ἀνέῳξεν. ἐρομένου δ' ἐμοῦ,
τί αἱ θύραι νύκτωρ ψοφοῖεν, ἔφασκε τὸν λύχνον
ἀποσβεσθῆναι τὸν παρὰ τῷ παιδίῳ, εἶτα ἐκ τῶν
γειτόνων ἐνάψασθαι. ἐσιώπων ἐγὼ καὶ ταῦτα οὕτως
ἔχειν ἡγούμην. ἔδοξε δέ μοι, ὦ ἄνδρες, τὸ πρόσω-
πον ἐψιμυθιῶσθαι, τοῦ ἀδελφοῦ τεθνεῶτος οὔπω τριά-
κονθ' ἡμέρας. ὅμως δ' οὐδ' οὕτως οὐδὲν εἰπὼν περὶ
15 τοῦ πράγματος, ἐξελθὼν ᾠχόμην ἔξω σιωπῇ. Μετὰ
δὲ ταῦτα, ὦ ἄνδρες, χρόνου μεταξὺ διαγενομένου καὶ
ἐμοῦ πολὺ ἀπολελειμμένου τῶν ἐμαυτοῦ κακῶν, προς-
έρχεταί μοί τις πρεσβῦτις ἄνθρωπος, ὑπὸ γυναικὸς
ἐπιπεμφθεῖσα, ἣν ἐκεῖνος ἐμοίχευεν, ὡς ἐγὼ ὕστερον
ἤκουον· αὐτὴ δὲ ὀργιζομένη καὶ ἀδικεῖσθαι νομίζουσα,
ὅτι οὐκέτι ὁμοίως ἐφοίτα παρ' αὐτήν, ἐφύλαττεν ἕως
16 ἐξεῦρεν ὅ τι εἴη τὸ αἴτιον. προσελθοῦσα οὖν μοι ἐγγὺς
ἡ ἄνθρωπος τῆς οἰκίας τῆς ἐμῆς ἐπιτηροῦσα, »Εὐφί-
λητε« ἔφη »μηδεμιᾷ πολυπραγμοσύνῃ προσεληλυθέ-
ναι με νόμιζε πρός σε. ὁ γὰρ ἀνὴρ ὁ ὑβρίζων εἰς
σὲ καὶ τὴν σὴν γυναῖκα ἐχθρὸς ὢν ἡμῖν τυγχάνει.

14. *ἐψιμυθιῶσθαι*] Omnes Bekkeri codd. uno tantum μ. Et Atticos semper *ψιμύθιον* scripsisse docet Hemsterhusius ad Aristophanis Plutum v. 1065.

14. *ἐνάψασθαι*] Forma media haud raro vim habet curo aliquid faciendum. Vide Matthiae Gr. Gr. §. 492. c. Rost Gr. Gr. §. 113. 4.

ἐψιμυθιῶσθαι] *Ψιμύθιον* fucus albi coloris, cerussa, qua femina effecit, ut verbis utar Xenophontis in Oecon. X, 2. *ὅπως λευκοτέρα ἔτι δοκοίη εἶναι, ἢ ἦν*, quemadmodum *ἐγχούσῃ, ὅπως ἐρυθροτέρα φαίνοιτο τῆς ἀληθείας.*

τοῦ ἀδελφοῦ τεθνεῶτος οὔπω τριάκονθ' ἡμέρας] Post propinquorum mortem moris erat ad minimum per mensem fuco ceterisque ejusmodi vanitatibus abstinere.

15. *αὐτὴ δὲ ὀργιζομένη*] *Αὐτή* significat participium referri debere ad mulierem, quae miserat, non ad servam missam. *Αὐτός* enim personam indicat principem.

16. *προσελθοῦσα οὖν μοι ἐγγὺς ἡ ἄνθρωπος τῆς οἰκίας τῆς ἐμῆς ἐπιτηροῦσα*] Notandum quidem hyperbaton vocabuli *ἐγγύς*, minime tamen illud tam durum, ut opus sit mutatione. Saepissime separatur vocabulum a nomine, quod ex eo pendet. *ἐγγὺς τῆς οἰκίας τῆς ἐμῆς* jungendum cum *ἐπιτηροῦσα*. §. 17. *πάντα μου εἰς τὴν γνώμην εἰςῄει. κατ' Ἀγορ.* §. 28. p. 463. R. *καὶ αὐτὸ τὸ ψήφισμα σοῦ τὸ τῆς βουλῆς καταμαρτυρήσει*, ubi *σοῦ* pendet ex *καταμαρτυρήσει*.

ἐὰν οὖν λάβῃς τὴν θεράπαιναν τὴν εἰς ἀγορὰν βαδί-
ζουσαν καὶ διακονοῦσαν ὑμῖν καὶ βασανίσῃς, ἅπαντα
πεύσῃ. ἔστι δ'« ἔφη »Ἐρατοσθένης Οἴηθεν ὁ ταῦτα
πράττων, ὃς οὐ μόνον τὴν σὴν γυναῖκα διέφθαρκεν,
ἀλλὰ καὶ ἄλλας πολλάς. ταύτην γὰρ τέχνην ἔχει.«
ταῦτα εἰποῦσα, ὦ ἄνδρες, ἐκείνη μὲν ἀπηλλάγη, ἐγὼ 17
δὲ εὐθέως ἐταραττόμην, καὶ πάντα μου εἰς τὴν γνώ-
μην εἰσῄει, καὶ μεστὸς ἦν ὑποψίας, ἐνθυμούμενος
μὲν, ὡς ἀπεκλείσθην ἐν τῷ δωματίῳ, ἀναμιμνησκό-
μενος δὲ, ὅτι ἐν ἐκείνῃ τῇ νυκτὶ ἐψόφει ἡ μέταυλος
θύρα καὶ ἡ αὔλειος, ὃ οὐδέποτε ἐγένετο, ἔδοξέ τέ
μοι ἡ γυνὴ ἐψιμυθιῶσθαι. ταῦτά μου πάντα εἰς τὴν
γνώμην εἰσῄει, καὶ μεστὸς ἦν ὑποψίας. ἐλθὼν δὲ 18
οἴκαδε ἐκέλευον ἀκολουθεῖν μοι τὴν θεράπαιναν εἰς
τὴν ἀγοράν, ἀγαγὼν δ' αὐτὴν ὡς τῶν ἐπιτηδείων τι-

16. *εἰς ἀγορὰν*] Reiskius de conjectura dedit *εἰς τὴν ἀγοράν*, quia, ubi forum Atheniense intelligitur, addi solet articulus. Contra libros tamen nil mutem. Nam etiam *κατὰ Παγκλ.* §. 9. p. 734. R. *εἰς ἀγορὰν ᾤχοντο ἀπιόντες*. Alio loco disputabitur de substantivis, quae quamquam certam aliquam rem indicent, ex usu tamen articuio carent.

17. *ταύτην γὰρ τέχνην ἔχει*] Sic Bekkerus ex conjectura. Libri habent *τὴν τέχνην*. Vide Exc. II.

***βασανίσῃς*] Dorville ad Charit. p. 234. Lips. »Ob quaevis alia peccata et crimina privatim a dominis olim, sed in adulterii et incestus suspicione etiam publice servitia torquebantur.«**

***Οἴηθεν*] Harpocration s. v. *δῆμος τῆς Πανδιονίδος ἡ Οἴη, ὡς Διόδωρος· Οἴηθεν δὲ ἐκ τόπου ἐπίῤῥημα.* Diversa ob *Οἴη* — *Οἶον*, cujus nominis duo erant *δῆμοι*, alter *τῆς Λεοντίδος*, alter *τῆς Ἱπποθοωντίδος. οἱ δὲ δημόται ἑκατέρωθεν ἐλέγοντο ἐξ Οἴου.* Cf. Harpocrat. s. v. *Οἶον*.**

***διέφθαρκεν*] Moeris quidem p. 127. *διέφθορεν Ἀττικῶς. διέφθαρκεν Ἑλληνικῶς.* Moeris vero ad certum quendam Attici scriptoris locum respexit potius, quam ad communem Atticorum usum. Frequentem enim esse optimis scriptoribus Atticis formam *διέφθαρκα*, vere monuit Piersonus ad laudat. loc. Moer.**

17. *ἡ μέταυλος θύρα καὶ ἡ αὔλειος*] *Αὔλειος θύρα* sunt fores vestibuli, quae aulam claudunt versus viam: *ἡ ἀπὸ τῆς ὁδοῦ πρώτη θύρα εἰς αὐλήν;* aulam autem si quis permearat, veniebat ad *μέταυλον θύραν*, per quam ex aula introitus erat in ipsam domum. Qui igitur domo exibat, ei primum erat per *μέταυλον θύραν* transeundum, tum per aulam et per *θύραν αὔλειον* in viam. — *ψοφεῖν* est verbum proprium exeuntis per januam, *κόπτειν* intrantis. Cf. Moerin. p. 211. ibique Piersonum.

νὰ ἔλεγον, ὅτι ἐγὼ πάντα εἴην πεπυσμένος τὰ γινό-
μενα ἐν τῇ οἰκίᾳ. »σοὶ οὖν« ἔφην »ἔξεστι δυοῖν ὁπό-
τερον βούλει ἑλέσθαι· ἢ μαστιγωθεῖσαν εἰς μύλωνα
ἐμπεσεῖν, καὶ μηδέποτε παύσασθαι κακοῖς τοιούτοις
συνεχομένην, ἢ κατειποῦσαν ἅπαντα τἀληθῆ, μηδὲν
παθεῖν κακόν, ἀλλὰ συγγνώμης παρ' ἐμοῦ τυχεῖν τῶν
ἡμαρτημένων. ψεύσῃ δὲ μηδέν, ἀλλὰ πάντα τἀληθῆ
19 λέγε.« κἀκείνη τὸ μὲν πρῶτον ἔξαρνος ἦν, καὶ ποιεῖν
ἐκέλευεν ὅ τι βούλομαι· οὐδὲν γὰρ εἰδέναι· ἐπειδὴ δὲ
ἐγὼ ἐμνήσθην Ἐρατοσθένους πρὸς αὐτὴν, καὶ εἶπον,
ὅτι οὗτος ὁ φοιτῶν εἴη πρὸς τὴν γυναῖκα, ἐξεπλάγη
ἡγησαμένη με πάντα ἀκριβῶς ἐγνωκέναι. καὶ τότε ἤδη
πρὸς τὰ γόνατά μου πεσοῦσα, καὶ πίστιν παρ' ἐμοῦ
20 λαβοῦσα μηδὲν πείσεσθαι κακόν, κατηγόρει πρῶτον μὲν
ὡς μετὰ τὴν ἐκφορὰν αὐτῇ προσίοι, ἔπειτα ὡς αὐτὴ
τελευτῶσα εἰσαγγείλειε· καὶ ὡς ἐκείνη τῷ χρόνῳ πει-
σθείη, καὶ τὰς εἰσόδους οἷς τρόποις προσίοι, καὶ ὡς

20. *πεισθείη*] **libri** *προσθείη*. **Emendavit Reiskius.**

18. *εἰς μύλωνα ἐμπεσεῖν*] in p i s t r i n u m servi conjiciebantur in poenam. Durus ibi labor et vix quies erat per aliquam noctis partem. Cf. H e m s t e r h u s. ad Lucian. Tim. c. 23.

ψεύσῃ δὲ μηδέν] futuro cum negatione juncto gravis inest admonitio, ne quis quid faciat. Proxima eandem sententiam exprimunt per imperativum affirmantem.

19. *ποιεῖν ἐκέλευεν ὅ τι βούλομαι*] Reiskius, »melius« inquit, »conveniret *βουλοίμην*.« Nec tamen indicativum excusaverim ea, qua ipse utitur, accusatione »videre se Graecos in modis non admodum diligentes fuisse.« Immo diligentissimos eos fuisse invenies, si recte eos perceperis. Hic loquenti ob animum versantur, quibus usa est verbis serva: *ποίει ὅ τι βούλει*, et ex his ortum est *βούλομαι*. Interdum enuntiationi indirectae immiscentur, quae sunt rectae. *κατὰ Διογ.* §. 12. p. 899.

R. *ἐπειδὴ δὲ συνήλθομεν, ἤρετο αὐτὸν ἡ γυνὴ, τίνα ποτὲ ψυχὴν ἔχων αξιοῖ περὶ τῶν παίδων τοιαύτῃ γνώμῃ χρῆσθαι, ἀδελφὸς μὲν ὢν τοῦ πατρὸς, πατὴρ δ' ἐμὸς* (erat is pater mulieris loquentis), *θεῖος δὲ αὐτοῖς καὶ πάππος.*

πρὸς τὰ γόνατά μου πεσοῦσα] Tenendum praestantissimos scriptores non minus simplex *πίπτειν* cum praepositione *πρός* usurpasse, quam compositum *προσπίπτειν* cum simplice accusativo.

20. *εἰσαγγείλειε*] *Εἰσαγγέλλειν* proprie est j a n i t o r i s; qui annuntiat domino eum, qui velit admitti. Hinc facile transfertur ad ancillam, quae a moecho corrupta ejus amorem herae indicat, commendat, ipsum etiam introducit et quae fieri solent, procurat.

καὶ τὰς εἰσόδους οἷς τρόποις προσίοι] Haec conjungenda; *οἷς τρόποις προσίοι* est explicatio vocabulorum *τὰς εἰσόδους*.

Θεσμοφορίοις, ἐμοῦ ἐν ἀγρῷ ὄντος, ᾤχετο εἰς τὸ ἱερὸν
μετὰ τῆς μητρὸς τῆς ἐκείνου· καὶ τἄλλα τὰ γενόμενα
πάντα ἀκριβῶς διηγήσατο. ἐπειδὴ δὲ πάντα εἴρητο
αὐτῇ, εἶπον ἐγώ, »Ὅπως τοίνυν ταῦτα μηδεὶς ἀνθρώ- 21
πων πεύσεται· εἰ δὲ μή, οὐδέν σοι κύριον ἔσται τῶν
πρὸς ἔμ' ὡμολογημένων· ἀξιῶ δέ σε ἐπ' αὐτοφώρῳ ταῦ-
τά μοι ἐπιδεῖξαι· ἐγὼ γὰρ οὐδὲν δέομαι λόγων, ἀλλὰ
τὸ ἔργον φανερὸν γενέσθαι, εἴπερ οὕτως ἔχει«. ὡμολό-
γει ταῦτα ποιήσειν. καὶ μετὰ ταῦτα διεγένοντο ἡμέραι 22
τέσσαρες ἢ πέντε, ὡς ἐγὼ μεγάλοις ὑμῖν τεκμηρίοις
ἐπιδείξω. πρῶτον δὲ διηγήσασθαι βούλομαι τὰ πρα-

21. *πεύσεται*] Sic Reiskius ex cod. Vindob., quocum consentiunt duo Bekkeri, O X. Ceteri *πεύσηται*: quod non ideo mutandum erat, quod ab Atticis *ὅπως μή* non construatur cum aor. 1. conj. act. et med. (Cf. fasciculum annotationum nostrarum in Demosth. p. 74 s.). Sed verbum *πυνθάνομαι* apud Atticos non habet aor. 1. sed 2. Multa hujus generis menda a librariis profecta ex usu seriorum temporum indicavit Lobeckius ad Phryn. in Parerg. p. 720. Jacobsius Addit. Emendd. in Athen. p. 28. suadet *πευσεῖται*; quod *πεύσηται* ex recentiore Graecorum pronuntiatione corruptum sit. Equidem illam futuri formam in Attico prosae scriptore contra libros reponere non ausim. Lysias certe nonnisi semel habet a verbo *συνεκπλεῖν κατὰ Ἀγορ*. §. 25. p. 461. R. *συνεκπλευσεῖσθαι*.

Θεσμοφορίοις] *Θεσμοφόρια* celebrabantur Cereri *τῇ Θεσμοφόρῳ*, instituta ab Orpheo. Per quinque dies continuos celebrabantur a feminis legitimo matrimonio natis, inde a die XI. mensis Pyanepsionis (Septembris). Praeerant ex singulis demis feminae binae, electae a mulieribus. Ad sumtus contribuebant pro uxoribus mariti locupletiores. Proprius erat sacerdos *στεφανηφόρος* appellatus, constitutus a Mystarum conventu. Erudite cuncta exponit Meursius Graecia fer. s. v.

δῆλον, ὅτι φεύγουσι μὲν οἱ περὶ αὐτῶν δεδιότες, διώ-
κουσι δὲ οἱ βουλόμενοί τι ποιῆσαι κακόν. οὐ τοίνυν 37
ταῦτα μὲν εἰκότα, ἄλλως δὲ παρ' αὐτῶν πέπρακται,
ἀλλὰ καταλαβόντες τὸ μειράκιον, ἐκ τῆς ὁδοῦ ἦγον
βίᾳ, ἐντυχὼν δ' ἐγὼ τούτων μὲν οὐχ ἡπτόμην, τοῦ
μειρακίου δ' ἐπελαμβανόμην. οὗτοι δὲ ἐκεῖνόν τε ἦγον
βίᾳ, καὶ ἐμὲ ἔτυπτον. καὶ ταῦθ' ὑμῖν ὑπὸ τῶν παρα-
γενομένων μεμαρτύρηται. ὥςτε δεινὸν, εἰ περὶ τού-
των ἐγὼ δόξω προνοηθῆναι, περὶ ὧν οὗτοι τυγχάνου-
σιν οὕτω δεινὰ καὶ παράνομα πεποιηκότες. τί δ' ἂν 38
ποτε ἔπαθον, εἰ τἀναντία τῶν νῦν γεγενημένων ἦν,
εἰ πολλοὺς ἔχων τῶν ἐπιτηδείων ἐγὼ, ἀπαντήσας Σί-
μωνι, ἐμαχόμην αὐτῷ καὶ ἔτυπτον αὐτὸν καὶ ἐδίω-
κον, καὶ καταλαβὼν ἄγειν βίᾳ ἐζήτουν· ὅπου νῦν,
τούτου ταῦτα πεποιηκότος, ἐγὼ εἰς τοιοῦτον ἀγῶνα
καθέστηκα, ἐν ᾧ καὶ περὶ τῆς πατρίδος καὶ τῆς οὐ-
σίας τῆς ἐμαυτοῦ ἁπάσης κινδυνεύω; Τὸ δὲ μέγιστον 39
καὶ περιφανέστατον πάντων· ὁ γὰρ ἀδικηθεὶς καὶ ἐπι-
βουλευθεὶς ὑπ' ἐμοῦ, ὥς φησιν, οὐκ ἐτόλμησε τεττά-
ρων ἐτῶν ἐπισκήψασθαι εἰς ὑμᾶς. καὶ οἱ μὲν ἄλλοι,

38. *καὶ ἐδίωκον*] Reiskius addere vult *τὸ μειράκιον*, ne verbum a minus attento referatur ad Simonem. Sed in primis Lysias attentos sibi et auditores et lectores cogitabat. Hinc quum in universum dixisset: *εἰ τἀναντία τῶν νῦν γεγενημένων ἦν*, existimabat, si breviter momenta notaret, neminem fore tam parum attentum, ut ea perperam intelligeret.

ἐν ᾧ καὶ περὶ τῆς πατρίδος καὶ τῆς οὐσίας τῆς ἐμαυτοῦ ἁπάσης κινδυνεύω] Notandum, quod, quamquam lex jubeat eum, qui quem occidendi consilio vulneraverit nec tamen occiderit, *φονέα εἶναι*, leviore tamen eum poena afficiat, quam ipsum homicidam. Apparet enim ex nostro loco et ex Demosthene *κατὰ Βοιώτ.* p. 1018. poenam ei exsilii et honorum publicationem impositam esse. Cf. Meursius Themis Att. I. c. 16.

39. *ἐπισκήψασθαι εἰς ὑμᾶς*] *Ἐπισκήψασθαι* hic inter varias, quas habet Harpocration s. v. *ἐπεσκήψατο* significationes, notat *ἐγκαλέσαι φόνον*, vel h. l. *τραύματος ἐκ προνοίας*. Persona, quae accusatur, ponitur in dativo, judices autem, apud quos accusatio fit, in accusativo cum *εἰς*.

ὅταν ἐρῶσι καὶ ἀποστερῶνται ὧν ἐπιθυμοῦσι καὶ συγ-
κοπῶσιν, ὀργιζόμενοι παραχρῆμα τιμωρεῖσθαι ζητοῦ-
40 σιν, οὗτος δὲ χρόνοις ὕστερον. Ὅτι μὲν οὖν, ὦ βου-
λή, οὐδενὸς αἴτιός εἰμι τῶν γεγενημένων, ἱκανῶς ἀπο-
δεδεῖχθαι νομίζω. οὕτω δὲ διάκειμαι πρὸς τὰς ἐκ
τῶν τοιούτων πραγμάτων διαφορὰς, ὥςτε καὶ ἄλλα
πολλὰ ὑβρισμένος ὑπὸ Σίμωνος, καὶ καταγεὶς τὴν κε-
φαλὴν ὑπ' αὐτοῦ, οὐκ ἐτόλμησα αὐτῷ ἐπισκήψασθαι,
ἡγούμενος δεινὸν εἶναι, εἰ ἄρα περὶ παιδικῶν ἐφιλο-
νεικήσαμεν ἡμεῖς πρὸς ἀλλήλους, τούτου ἕνεκα ἐξε-
41 λάσαι τινὰς ζητῆσαι ἐκ τῆς πατρίδος. ἔπειτα δὲ καὶ
οὐδεμίαν ἡγούμην πρόνοιαν εἶναι τραύματος, ὅςτις μὴ
ἀποκτεῖναι βουλόμενος ἔτρωσε. τίς γὰρ οὕτως ἐστὶν
εὐήθης, ὅςτις ἐκ πολλοῦ προνοεῖται, ὅπως ἕλκος τις
42 αὐτοῦ τῶν ἐχθρῶν λήψεται; Ἀλλὰ δῆλον, ὅτι καὶ οἱ
τοὺς νόμους ἐνθάδε θέντες, οὐκ εἴ τινες μαχεσάμενοι
ἔτυχον ἀλλήλων κατεάξαντες τὰς κεφαλάς, ἐπὶ τού-
τοις ἠξίωσαν τῆς πατρίδος φυγὴν ποιήσασθαι (ἢ πολ-
λούς γ' ἂν ἐξήλασαν), ἀλλ' ὅσοι ἐπιβουλεύσαντες ἀπο-
κτεῖναί τινας ἔτρωσαν, ἀποκτεῖναι δὲ οὐκ ἠδυνήθη-
σαν, περὶ τῶν τοιούτων τὰς τιμωρίας οὕτω μεγάλας
κατεστήσαντο, ἡγούμενοι, ὑπὲρ ὧν ἐβούλευσαν καὶ
προὐνοήθησαν, ὑπὲρ τούτων προςήκειν αὐτοῖς δίκην
δοῦναι· εἰ δὲ μὴ κατέσχον, οὐδὲν ἧττον τό γε ἐκεί-

40. *καταγεὶς*] Quod recentiores ex conjectura Taylori receperunt *κατεαγείς*, nullo confirmatur codice. In re tam dubia et dissentientibus jam antiquis Grammaticis codd. sequendi sunt. Paullo post §. 42. libri omnes offerunt *κατεάξαντες*: quod quamquam sit anomalum, contra libros tamen ejicere non ausim, ut contra libros anomalum *κατεαγείς* invehere nolim. Istiusmodi deliciis seriores delectantur.

τούτου ἕνεκα ἐξελάσαι] vulgo *ἕνεκεν*. Vide Exc. VI.

§. 40. *οὐκ ἐτόλμησα αὐτῷ ἐπισκήψασθαι.* Pollux VIII. 33. *Ἰσαῖος καὶ τὸ ἐπὶ φόνῳ προειπεῖν εἰς Ἄρειον πάγον ἐπισκῆψαι* (dicendum *ἐπισκήψασθαι*) *ἔφη· εἰς Ἄρειον πάγον αὐτῷ ἐπέσκημμαι.*

42. *ὑπὲρ ὧν ἐβούλευσαν*] *Βουλεύειν* h. l. verbum forense de eo, qui aliquod meditatus est fa-

νων πεποιῆσθαι. καὶ ταῦτα ἤδη καὶ πρότερον πολ- 43
λάκις ὑμεῖς οὕτω διέγνωτε περὶ τῆς προνοίας. καὶ
γὰρ δεινὸν ἂν εἴη, εἰ ὅσοι ἐκ μέθης καὶ φιλονεικίας,
ἢ ἐκ παιδικῶν, ἢ ἐκ λοιδορίας, ἢ περὶ ἑταίρας μαχόμε-
νοι ἕλκος ἔλαβον, ἢ ὑπὲρ τούτων, ὧν, ἐπειδὰν βέλ-
τιον φρονήσωσιν, ἅπασι μεταμέλει, οὕτως ὑμεῖς με-
γάλας καὶ δεινὰς τὰς τιμωρίας ποιήσεσθε, ὥστε ἐξε-
λαύνειν τινὰς τῶν πολιτῶν ἐκ τῆς πατρίδος. Θαυμά- 44
ζω δὲ μάλιστα τούτου τῆς διανοίας. οὐ γὰρ τοῦ αὐ-
τοῦ μοι δοκεῖ εἶναι ἐρᾶν τε καὶ συκοφαντεῖν· ἀλλὰ
τὸ μὲν τῶν εὐηθεστέρων, τὸ δὲ τῶν πανουργοτάτων.
ἐβουλόμην δ' ἂν ἐξεῖναί μοι παρ' ὑμῖν καὶ ἐκ τῶν
ἄλλων ἐπιδεῖξαι τὴν τούτου πονηρίαν, ἵνα ἐπίστησθε,

42. *οὐδὲν ἧττον τό γ' ἐκείνων πεποιῆσθαι*] Vulgo *ἐπ' ἐκείνων*. *ἐπί* delevit Bekkerus auctoritate codd. C O, quibus praeiverat Vind. Recte. Vere enim monuit Reiskius praepositioni hac significatione (**penes**) addendum fuisse dativum, vel etiam accusativum.

43. *καὶ γὰρ δεινὸν ἂν εἴη*] *Ἂν* addidit Bekkerus ex C. et marg. M. De addendo *ἂν* nunquam incertus eram; incertus eram de collocatione. Tandem mecum constitueram: *καὶ γὰρ ἂν δεινὸν εἴη*. Nunc autem codd. sequor, et existimo *δεινόν* melius praeponi, ut vim habeat. Paucis similibus locis, in quibus *ἄν* adhuc deerat, ex codd. particula restituta est. *ὑπὲρ τῶν Ἀριστοφ.* §. 31. p. 633. R. *ἀλλ' οὐδὲ οἱ πάνυ πλούσιοι δοκοῦντες εἶναι, ἄξιον λόγου ἔχοιεν ἂν ἐξενεγκεῖν*. *ἄν*, quod vulgo deerat, accessit ex C. X habet *ἔχοι ἄν*. *Ἀπολογ. δωροδ.* §. 18. p. 706. R. vulgo sic legebatur *τοῦτό γε εἰπεῖν ἔχοι τις, ὡς πολλὰς ἀρχὰς ἄρξας ἐκ τῶν ὑμετέρων ὠφέλημαι*. Locum corruptum esse intellexerunt viri docti. Proxime ad veritatem conjectura accessit Markland: *τοῦτό γ' εἰπεῖν οὐκ ἂν ἔχοι τις*. Verum restituit Bekkerus ex C *τοῦτο δ' οὐκ ἂν εἰπεῖν ἔχοι τις*.

ποιήσεσθε] Reiskius de suo dederat *ποιήσαισθε*. Reiskium, qui plus semel in hac constructione errabat, in viam reduxit **Jacobs** Additt. Animadvv. in Athen. p. 29 s. et hic quidem lectionem codd. Bekkerus vere restituit. Quum tamen etiamnum sint loci, in quibus resideat opinio Reiskiana, usum Lysiae illustrabo in Exc. VII., quem consulas.

cinus, sive perpetrare id potuit, sive minus.

44. *θαυμάζω δὲ μάλιστα τούτου τῆς διανοίας*] Reiskius suspicabatur *τοῦτον*: perperam. *Τούτου* pendet ex *τῆς διανοίας*, et genitivus rectus ab alio nomine saepe regenti praepositus est, si primariam vim habet. In *τούτου* inest contemtus. Hac significatione **mirandi** potius construeretur cum genitivo personae et accusativo rei.

ὅτι πολὺ ἂν δικαιότερον αὐτὸς περὶ θανάτου ἠγωνίζετο, ἢ ἑτέρους ὑπὲρ τῆς πατρίδος εἰς κίνδυνον κα-
45 θίστη. τὰ μὲν οὖν ἄλλα ἐάσω· ὃ δ' ἡγοῦμαι ὑμῖν προσήκειν ἀκοῦσαι, καὶ τεκμήριον ἔσεσθαι τῆς τούτου θρασύτητος καὶ τόλμης, περὶ τούτου μνησθήσομαι. ἐν Κορίνθῳ γάρ, ἐπειδὴ ὕστερον ἦλθε τῆς πρὸς τοὺς πολεμίους μάχης καὶ τῆς εἰς Κορώνειαν στρατείας, ἐμάχετο τῷ ταξιάρχῳ Λάχητι καὶ ἔτυπτεν αὐτόν, καὶ πανστρατιᾷ τῶν πολιτῶν ἐξελθόντων, δόξας ἀκοσμιώτατος εἶναι καὶ πονηρότατος, μόνος Ἀθηναίων ὑπὸ
46 τῶν στρατηγῶν ἐξεκηρύχθη. Ἔχοιμι δ' ἂν καὶ ἄλλα πολλὰ εἰπεῖν περὶ τούτου, ἀλλ' ἐπειδὴ παρ' ὑμῖν οὐ νόμιμόν ἐστιν ἔξω τοῦ πράγματος λέγειν, ἐκεῖνο ἐνθυμεῖσθε· οὗτοί εἰσιν οἱ βίᾳ εἰς τὴν ἡμετέραν οἰκίαν εἰσιόντες, οὗτοι οἱ διώκοντες, οὗτοι οἱ βίᾳ ἐκ τῆς
47 ὁδοῦ συναρπάζοντες ἡμᾶς. ὧν ὑμεῖς μεμνημένοι, τὰ δίκαια ψηφίζεσθε, καὶ μή με περιΐδητε ἐκ τῆς πατρίδος ἀδίκως ἐκπεσόντα, ὑπὲρ ἧς ἐγὼ πολλοὺς κινδύνους κεκινδύνευκα, καὶ πολλὰς λειτουργίας λελειτούργηκα· καὶ κακοῦ μὲν αὐτῇ οὐδενὸς αἴτιος γεγένημαι, οὐδὲ τῶν ἐμῶν προγόνων οὐδείς, ἀγαθῶν δὲ πολλῶν.
48 ὥστε δικαίως ἂν ὑφ' ὑμῶν καὶ ὑπὸ τῶν ἄλλων ἐλεη-

45. *ἐν Κορίνθῳ γάρ*] Quae tangit, acciderunt Ol. XCVI. 3. Cf. Xenophontis Agesil. c. 11.

πανστρατιᾷ] Magis hoc bonis scriptoribus usitatum fuisse quam *πανστρατί*, docuit Lobeck in Parergis post Phryn. p. 515. not.

46. *παρ' ὑμῖν*] Pollux VIII. 117. inter alia de Areopago dicit: *παροιμιάζεσθαι δὲ οὐκ ἐξῆν οὐδ' οἰκτίζεσθαι*. Morem accurate describit Lucianus in Anachars. c. 19. *ἔστ' ἂν μὲν οἱ ῥήτορες περὶ τοῦ πράγματος λέγωσιν, ἀνέχεται ἡ βουλή, καθ' ἡσυχίαν ἀκούουσα. ἢν δέ τις ἢ φροίμιον εἴπῃ πρὸ τοῦ λόγου, ὡς εὐνουστέρους ἀπεργάσαιτο αὐτούς, ἢ οἶκτον ἢ δείνωσιν ἔξωθεν ἐπάγῃ τῷ πράγματι (οἷα πολλὰ ῥητόρων παῖδες ἐπὶ τοὺς δικαστὰς μηχανῶνται) παρελθὼν ὁ κῆρυξ κατεσιώπησεν αὐτούς, οὐκ ἐῶν ληρεῖν πρὸς τὴν βουλὴν καὶ περιπέττειν τὸ πρᾶγμα ἐν τοῖς λόγοις, ὡς γυμνὰ τὰ γεγενημένα οἱ Ἀρεοπαγῖται βλέποιεν.*

48. *ὥστε δικαίως ἂν ἐλεηθείην, οὐ μόνον εἴ τι πάθοιμι ὧν Σίμων βούλεται*] Wakefield Sylvv. Critt. P. IV. p. 242. conjicit *οὐ μόνον ὡς μή τι πάθοιμι* vel *εἰς τὸ μὴ παθεῖν τι*. Sed ab ingenio et ratione Lysiae aberravit. Nam ex conjectura Wakefieldii Lysias misericordiam commovere voluisset, ne ea pateretur, quae Simo intendebat: quod lege Areopagitica vetitum erat. Ly-

θείην, οὐ μόνον εἴ τι πάθοιμι ὧν Σίμων βούλεται, ἀλλὰ καὶ ὅτι ἠναγκάσθην ἐκ τοιούτων πραγμάτων εἰς τοιούτους ἀγῶνας καταστῆναι.

Λ Υ Σ Ι Ο Υ

ΥΠΕΡ ΚΑΛΛΙΟΥ ΙΕΡΟΣΥΛΙΑΣ ΑΠΟΛΟΓΙΑ.

PROOEMIUM.

Ἱεροσυλία, **sacrilegium**, duobus modis in judicium deferri poterat. Aut enim respiciebatur violatio templi, et tum instituebatur *γραφὴ ἀσεβείας*; aut rapina rei sacrae, et tum erat *γραφὴ κλοπῆς*. Prior *γραφὴ* ad archontem *βασιλέα* deferebatur et judicium erat *Ἄρειος πάγος*; altera pertinebat ad undecimviros, *τοὺς ἕνδεκα*, et Thesmothetarum collegium; illa gravior, haec mitior. **Callias**, non dives ille, sed *μέτοικος*, **inquilinus**, **Beisass** (cf. F. A. Wolf. ad Demosth. Leptin. LXVII sqq.), et, ut videmus ex vocabulis *πολλῶν συμβολαίων ἡμῖν πρὸς ἀλλήλους γεγενημένων*, mercaturam exercens, *ἱεροσυλίας* accusatus erat apud *βασιλέα*, et quae sequitur Lysiae oratio, habita est coram **Areopago**.

Deuterologia vocatur a Tayloro, quem Reiskius propterea vituperat. Deuterologiam enim esse, quum reus idem ad actoris secundam actionem respondeat, hanc autem orationem esse advocati Calliam reum defendentis; hanc autem posteriorem defensionem Taylorum commiscuisse cum intercessione amici ad patrocinandum advocati. Sed deuterologiae vocabulum ea significatione, quam Taylor ei tribuit, usurpatam fuisse patet ex iis, quae F. A. **Wolfius** habet in Prolegg. ad Demosth. Leptin. p. XLVIII sqq., qui recte monet huic generi summam brevitatem propositam fuisse, ut nonnunquam, si quis rem ab omni parte illustratam putaret, nudo epilogo defungeretur. Talis haec est Lysiae oratiuncula. Caussa *συνηγορίας* erat amicitia in reum, certaque de ejus probitate et fide persuasio.

Servi sunt *μηνυταί*, i. e. indicant herum *ἱεροσυλίαν* commisisse. Servis enim licebat *ἱεροσυλίας* crimen indicare tum heri, ut ex nostra oratione patet, tum aliorum, ut patet ex Andocide

sias autem nonnisi hoc dicit, futurum fore, ut misericordia commoverentur omnes, si tale quid pateretur: quae subtilis est et vere rhetorica sententiae conformatio.

de Myst. p. 6. 8. et aliis locis. Sed quoniam, si reus hoc indicio noxius esse convinceretur, servi libertate donabantur, quam iis contigisse, etiam quum ipsi sceleris participes essent, apparet ex apol. ὑπὲρ σηκοῦ §. 16., et noster in hac oratione monet servorum indicio diffidendum esse, et praemii sperati cupiditas docet.

---

1 Εἰ μὲν περὶ ἄλλου τινὸς ἢ τοῦ σώματος, ὦ ἄνδρες δικασταί, Καλλίας ἠγωνίζετο; ἐξήρκει ἂν μοι καὶ τὰ παρὰ τῶν ἄλλων εἰρημένα. νῦν δέ μοι δοκεῖ αἰσχρὸν εἶναι, κελεύοντος καὶ δεομένου, καὶ φίλου ὄντος καὶ ἐμοὶ καὶ (ἕως ἔζη) τῷ πατρί, καὶ πολλῶν συμβολαίων ἡμῖν πρὸς ἀλλήλους γεγενημένων, μὴ βοη-
2 θῆσαι Καλλίᾳ τὰ δίκαια, ὅπως ἂν δύνωμαι. ἐνόμιζον μὲν οὖν οὕτω μετοικεῖν αὐτὸν ἐν ταύτῃ τῇ πόλει, ὥστε πολὺ πρότερον ἀγαθοῦ τινος τεύξεσθαι παρ' ἡμῶν ἢ ἐπὶ τοιαύταις αἰτίαις εἰς τοσοῦτον κίνδυνον

2. παρ' ἡμῶν] Sic Bekkerus, nulla notata varietate pro vulgato παρ' ὑμῶν. Qui hanc δευτερολογίαν pronuntiabat, erat civis Atheniensis, isque prima persona apte utitur, populum Atheniensem complectens, non judices solos intelligens. §. 3. secundam quidem adhibet personam.

1. εἰ – περὶ ἄλλου τινὸς ἢ τοῦ σώματος – ἠγωνίζετο] Ἀγὼν περὶ τοῦ σώματος est causa capitis, in qua agitur vel de vita, vel de patria, vel de libertate. Hinc etiam paullo post apte τοσοῦτον κίνδυνον, in quo agitur de summis hominis bonis. Diodor. Sic. XVI. 25. παρὰ πᾶσι τοῖς Ἕλλησι κοινὸς νόμος ἐστὶν ἀτάφους ῥίπτεσθαι τοὺς ἱεροσύλους: ubi vide Wesselingium.

κελεύοντος καὶ δεομένου] Multa verba, quae graviorem proprie notionem habent, mitius saepe ex contextu pro temporis, loci, hominis ratione intelligenda sunt. Sic κελεύειν h. l. non est jubentis, sed enixe flagitantis. κατὰ Ἀλκιβ. Α. §. 22. ἐὰν δὲ μηδὲν ἔχοντες δίκαιον κελεύωσιν αὐτῷ [μὴ] ὀργίζεσθαι. »sin autem, quamvis eum a crimine purgare non possint, enixe tamen petant, ne ei irascamini.« Sic κατ' Ἐρατοσθ. §. 71. Lysias ait de Theramene: μετεπέμψατο τὰς μετὰ Λυσάνδρου ναῦς, ubi Reiskius nimium erat curiosus, opinans singularem locum non habere, quoniam Theramini jus et potestas in Lysandrum non fuerit, proinde etiam illum arcessere non potuerit. Sed vult Lysias Lysandrum precibus a Theramene arcessitum, quibus ille facile persuadebatur.

ὅπως ἂν δύνωμαι] Est formula modesta ejus, qui quamvis affirmet pro viribus quam optime se rem esse facturum, significat tamen vires suas tantas non esse, quantas optet.

καταστήσεσθαι· νῦν δὲ οἱ ἐπιβουλεύοντες οὐχ ἧττον
ἐπικίνδυνον ποιοῦσι τὸν βίον τοῖς μηδὲν ἀδικοῦσιν,
ἢ τοῖς πολλῶν κακῶν αἰτίοις οὖσιν. ὑμᾶς δὲ ἄξιον 3
μὴ τοὺς μὲν τῶν θεραπόντων λόγους πιστοὺς νομί-
ζειν, τοὺς δὲ τούτων ἀπίστους, ἐνθυμουμένους, ὅτι
Καλλίᾳ μὲν οὐδεὶς πώποτε οὔτ' ἰδιώτης ἐνεκάλεσεν,
οὔτε ἄρχων· οἰκῶν δ' ἐν ταύτῃ τῇ πόλει, πολλὰ μὲν
ἀγαθὰ ὑμᾶς ἐποίησεν, οὐδεμίαν δὲ σχὼν αἰτίαν εἰς
τοῦτο τῆς ἡλικίας ἀφῖκται· οὗτοι δὲ ἐν ἅπαντι τῷ
βίῳ μεγάλα ἡμαρτηκότες καὶ πολλῶν κακῶν πεπειρα-
μένοι, ὥςπερ ἀγαθοῦ τινος αἴτιοι γεγενημένοι, περὶ
ἐλευθερίας νυνὶ ποιοῦνται τοὺς λόγους. καὶ οὐ θαυ- 4
μάζω. ἴσασι γάρ, ὅτι, ἂν ψευδόμενοι ἐλεγχθῶσιν,
οὐδὲν μεῖζον τῶν ὑπαρχόντων πείσονται· ἐὰν δὲ ὑμᾶς
ἐξαπατήσωσι, τῶν παρόντων κακῶν ἔσονται ἀπηλλα-
γμένοι. καίτοι τοὺς τοιούτους οὔτε κατηγόρους, οὔτε
μάρτυρας πιστοὺς χρὴ νομίζειν εἶναι, οἵτινες αὐτοὶ
μεγάλα κερδαίνοντες περὶ ἑτέρων ποιοῦνται τοὺς λό-
γους· ἀλλὰ πολὺ μᾶλλον ὅσοι τῷ δημοσίῳ βοηθοῦντες,
εἰς κινδύνους σφᾶς αὐτοὺς καθιστᾶσιν. ἄξιον δέ μοι 5
δοκεῖ εἶναι οὐ τούτων ἴδιον ἡγεῖσθαι τὸν ἀγῶνα, ἀλλὰ
κοινὸν ἁπάντων τῶν ἐν τῇ πόλει. οὐ γὰρ τούτοις μό-
νοις εἰσὶ θεράποντες, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασιν, οἳ
πρὸς τὴν τούτων τύχην ἀποβλέποντες, οὐκέτι σκέ-

8. *εἰς τοῦτο τῆς ἡλικίας*] Fuerunt Grammatici, qui affirmarent in hac constructione Atticos articulum substantivo non addidisse. Eos tamen errasse satis docent ea, quae habet Lobeck ad Phrynich. p. 276 ss. Raro autem articulum eos addidisse negari non potest.

4. *ἔσονται ἀπηλλαγμένοι*] [Futur. exact. pro futur. simplici. cf. Rost. gr. Gr. §. 116. not. 8. V. C. F. R.].

μεγάλα κερδαίνοντες] Marklandus, quia finis exprimitur, scribendum censet *κερδανοῦντες*. Quod si etiam Reiskii animadversioni, probata hac conjectura, etiam in seqq. scribendum esse *βοηθήσοντες*, non multum tribuimus (nam ibi res ponitur praesens), tamen praesens participii saepe conatum significat, ut jam Porson. animadvertit ad Eurip. Phoen. v. 79., imprimis si certa spes vel angens metus rei futurae indicatur. [Vid. Lobeck ad Phrynich. p. 13.].

5. *τούτων*] scilicet eorum, qui eadem conditione sunt, qua Callias, *μέτοικοι*.

τὴν τούτων τύχην] Servorum, opinor, intelligit fortunam, num hoc indicio iis contigerit libertatem assequi. cf. *περὶ τοῦ σηκοῦ*. §. 85.

φονται, ὅ τι ἀγαθὸν εἰργασμένοι τοὺς δεσπότας ἐλεύθεροι γένοιντο, ἀλλ' ὅ τι ψεῦδος περὶ αὐτῶν μηνύσαντες.

ΑΡΕΟΠΑΓΙΤΙΚΟΣ ΥΠΕΡ ΤΟΥ ΣΗΚΟΥ ΑΠΟΛΟΓΙΑ.

PROOEMIUM.

Tria sunt, quorum notiones ante omnia constituendae videntur: *ἐλαία, μορία, σηκός.* Tria haec vocabula tres diversas res notare videtur patere ex §. 10. *οὔτε ἰδίαν ἐλαίαν οὔτε μορίαν οὔτε σηκόν.* *Ἐλαία* nomen est generis et significat oleam vel olivam, arborem in Attica sacram: quia, ut tradit mythus, Minerva de urbis possessione contendens primam procreasset, quae postea in arcis fano ostendebatur. Opinionem hanc arborem summa custodia deae dignam haberi eo diligentius fovebant, ne oleastri contagio corrupta tandem degeneraret atque laus olei Attici periret.

Ἐλαῖαι si opponuntur *μορίαις*, oleas privatorum hominum significant, quae unde propagatae essent, ignorabatur. Has etiam sacras fuisse, nec dominis licuisse ad arbitrium iis uti patet ex lege, quam servavit Demosthenes *πρὸς Μακάρτ.* p. 1074. Licebat tantum *ἑαυτῷ χρῆσθαι μέχρι δυοῖν ἐλαίαιν τοῦ ἐνιαυτοῦ ἑκάστου, ἢ ἐὰν ἐπὶ αποθανόντα δέῃ χρῆσθαι.* Alioqui necesse erat *ὀφείλειν ἑκατὸν δραχμὰς τῷ δημοσίῳ τῆς ἐλαίας ἑκάστης, ὀφειλέτω δὲ καὶ τῷ ἰδιώτῃ τῷ ἐπεξιόντι ἑκατὸν δραχμὰς καθ' ἑκάστην ἐλαίαν.* Quid sit *ἐλαία* opposita *σηκῷ*, vide ad §. 2.

Μορίαι vel *μορίαι ἐλαῖαι* (nec enim de conjunctionis veritate debebat dubitare Marklandus) erant propagines ejus oleae, quae erat in arce. *Μορία* proprie est adjectivum, derivatum, opinor, a substantivo *μόρος*, portio, quia singulis oleis sacris agri portio sacra (*τέμενος*) adjuncta erat. Hae erant publicae, nec ipsas licebat laedere, nec colere *τὰ περὶ τῆς μορίας χωρία.* His curatores (*ἐπιμεληταί* §. 29) praepositi erant ab senatu Areopagitico (quos non ex ipso senatu fuisse necesse erat, ut concludo ex §. 29., ubi negatur actor *ἐπιμελητὴς ᾑρημένος*, ita ut is ipse creari *ἐπιμελητὴς* potuisset), qui certis hominibus vendebant fruges olearum, singulis mensibus judices sedebant et inspectores quotannis e suo collegio mittebant. §. 25. Qui fanum circa *μορίας* colebat, ab *ἐπιμεληταῖς* multabatur. §. 29.

Quid fuerit *σηκός*, et dubitanter tradunt Grammatici, nec sine dissensu. Harpocration: *σηκὸν δὲ, ὡς ἔοικε, καὶ μορίαν ὀνομάζουσι τὴν αὐτήν*, eumque, ut solet, Suidas ad verbum transscripsit et alii.

Photius in altero articulo s. v. σηκοί — τὰς σηκοὺς tertium genus ἐλαιῶν appellat, τὰς πολυκλάδους καὶ κομητρίας. Marklandus autem ad §. 10. σηκόν explicat truncum oleae sacrae jam effoetae: idque in Bekkeri anecdd. p. 183. s. vocabulo quidem nusquam obvio et, ni fallor, ex prava conjunctione vocabulorum orto αἰμορίαι (scriptum erat in loco αἱ μορίαι) videtur dici, τῆς ἐλαίας τῆς λεγομένης αἰμορίας (scrib. μορίας) τὸ στέλεχος σηκὸς λέγεται, eandemque explicationem sequitur Passow in Lexico Gr. eaque etiam nostra oratione videtur comprobari: §. 28. τὴν μορίαν ἀφανίζειν — τοῦ χωρίου, ἐν ᾧ δένδρον μὲν οὐδὲ ἕν ἐστι, μιᾶς δὲ ἐλαίας σηκός, quod aliam non patitur interpretationem. Quod autem §. 22. 29. id, quod ceteris locis σηκός dicitur, μορία appellatur, id non mirum. Appellatur enim ita ratione aestimationis litis. Eadem enim poena erat σηκοῦ καὶ μορίας ἐξορυττομένων.

Nempe qui oleam Minervae sacram vel truncum exciderat, per βασιλέα ἄρχοντα ad Areopagum in judicium ducebatur, ibique, si noxius erat, puniebatur. De poena viri docti dissentiunt. Carol. Odofr. Müller Minerv. Poliad. p. 30. affirmat mortis poenam subisse, qui eradicassent μορίαν aut σηκόν, idque, si tantum generales formulas hujus orationis spectes, concedi posset. Reus ait se περὶ τῆς μεγίστης ζημίας κινδυνεύειν. §. 15. Concedit, si ea, quorum accusetur, patraverit, meriturum se fore πολλὰς καὶ μεγάλας ζημίας §. 14; loquitur περὶ τῶν τοῦ σώματος κινδύνων §. 26. Hi si soli essent loci, ubi de poena sermo foret, ea in dubio relinqueretur. Sed sunt alii, qui certius illam constituunt. §. 3. ait se καὶ περὶ πατρίδος καὶ περὶ οὐσίας ἀγωνίσασθαι. §. 32. οὔτ' ἂν περὶ φυγῆς οὔτ' ἂν περὶ τῆς ἄλλης οὐσίας ἠγωνιζόμην. §. 41. πάντων ἂν ἀθλιώτατον γενέσθαι, εἰ φυγὰς ἀδίκως καταστήσεται. Ex quibus patet eum, qui convictus fuerit, exsilio multatum ejusque bona publicata fuisse, ut jam Petitus monuit Legg. Att. L. V. Tit. I. p. 489. Wessel. et nuperrime der Attische Process. p. 302. not. 18.

Nomen quidem rei, qui defenditur, ignoramus, opibus tamen fuisse potentem cognoscimus ex §. 21. κατηγορεῖς, ὡς ὑπὸ τῆς ἐμῆς δυνάμεως καὶ τῶν ἐμῶν χρημάτων οὐδεὶς ἐθέλει σοι μαρτυρεῖν.

Summa orationis haec est:

Exorditur ab importunitate calumniatorum, qui nulli rei pepercerint, ut hominem innocentem in pericula et damnum conjiciant. Primum eum, qui loquitur, criminari conati sunt oleam sacram ex agris sustulisse. Quod quum inspecta re fieri non posse intelligerent, truncum excidisse eum criminantur. Jam orator per seriem annorum eos commemorat, qui agros hos possederunt et coluerunt, et demonstrat multo ante, quam ipse fuerit agrorum possessor, neque oleam sacram neque truncum in his agris fuisse: quod testibus confirmatur. Ostendit porro diligentem hominem sedulo esse cauturum, ne quid faciat, unde multum ipsi mali, parum vero aut nihil boni redundet; jam vero ex commisso delicto nihil utilitatis, eo autem cognito poenas gravissimas exorturas fuisse. Etiam tempora, quibus rem fecisse dicatur, absurde ficta esse: interdiu eum fecisse, ne scilicet quemquam lateret; per servos, ut, herum indicantes, libertatem sibi compararent! Quidni actor in ipso facto adduxerit ad rem, quae tam aperte facta esse dicitur, magistratus aut homines certos, quibus fides haberi potuerit? Judices nunc ipsos testes innocentiae suae appellat, qui quum olearum curam gerant publica auctoritate, nihil a se sciant commissum, quod

vel poena vel animadversione dignum esset. Ut autem in his semper culpa vacaverit, sic etiam in ceteris boni et fortis civis laudes meruisse. Calumniam tandem actoris inde patere, quod quum ipse (reus) famulos obtulerit quaestione examinandos, id recusaverit actor.

---

1 *Πρότερον μέν, ὦ βουλή, ἐνόμιζον ἐξεῖναι τῷ
βουλομένῳ, ἡσυχίαν ἄγοντι, μήτε δίκας ἔχειν μήτε
πράγματα. νυνὶ δὲ οὕτως ἀπροσδοκήτοις αἰτίαις καὶ
πονηροῖς συκοφάνταις περιπέπτωκα, ὥστ᾽, εἴπως οἷόν
τε, δοκεῖ μοι δεῖν καὶ τοὺς μὴ γεγονότας ἤδη δεδιέ-
ναι περὶ τῶν μελλόντων ἔσεσθαι. διὰ γὰρ τοὺς τοι-
ούτους οἱ κίνδυνοι κοινοὶ γίγνονται καὶ τοῖς μηδὲν
2 ἀδικοῦσι καὶ τοῖς πολλὰ ἡμαρτηκόσιν. Οὕτω δ᾽ ἄ-
πορος ὁ ἀγών μοι καθέστηκεν, ὥστε ἀπεγράφην τὸ
μὲν πρῶτον ἐλαίαν ἐκ τῆς γῆς ἀφανίζειν, καὶ πρὸς
τοὺς ἐωνημένους τοὺς καρποὺς τῶν μοριῶν πυνθα-*

1. *οἱ κίνδυνοι κοινοὶ γίγνονται*] Libri manuscripti habent *οἱ κίνδυνοι οἱ κοινοὶ γ.* Articulum primus recte delevit Stephanus. *Κοινοί* enim, quod est praedicatum, non patitur articulum: qui si adsit, jungit adjectivum ut partem subjecti cum substantivo *κίνδυνοι*.

2. *ἀπεγράφην*] Verbum forense multifariam adhibitum. Nonnisi ea trademus, quae hujus loci sunt. *Ἀπογράφεσθαι* in medio (rarum est activum *ἀπογράψαι*, quod legitur infra §. 24.) est actoris in caussa capitis, qui apud archontem libellum actionis deponit; interdum etiam de archonte, qui caussam judicio tradit; *ἀπογράφεσθαι* in passivo est accusati in caussa capitis. Variae verbi significationes in re publica explicatae in libro: der Attische Process p. 254.

ἐλαίαν ἐκ τῆς γῆς — — νυνί με σηκὸν ἀφανίζειν] Ex hac oppositione, quae eadem est §. 5., certum fit *ἐλαίαν* significare a r b o r e m t o t a m, a r b o r e m f l o r e n t e m; *σηκόν* autem t r u n c u m. Per *ἐλαίαν* hic non p r i v a t a m arborem, sed p u b l i c a m, *μορίαν*, intelligi nexus docet. Accesserant scilicet actores ad eos, qui *καρποὺς τῶν μοριῶν* redemerant, quaesituri, num non possit per calumniam actio *μορίας* in reum contendi. Quum autem ex tabulis redemtorum cognossent nullam *μορίαν* inesse in agris rei, nec umquam fuisse, non *μορίας*, ut primo constituerant, sed *σηκοῦ* excisi actionem intendebant. Ad *νυνί με σηκὸν ἀφανίζειν* ex passivo *ἀπεγράφην* medium *ἀπογράφονται* assumendum.

νόμενοι προσῄεσαν· ἐπειδὴ δ' ἐκ τούτου τοῦ τρόπου
ἀδικοῦντά με οὐδὲν εὑρεῖν ἐδυνήθησαν, νυνί με ση-
κὸν ἀφανίζειν, ἡγούμενοι ἐμοὶ μὲν ταύτην τὴν αἰτίαν
ἀπορωτάτην εἶναι ἀποδεῖξαι, αὑτοῖς δὲ ἐξεῖναι μᾶλλον
ὅ τι ἂν βούλωνται λέγειν. καὶ δεῖ μέν με, περὶ ὧν 3
οὗτος ἐπιβεβουλευκὼς ἥκει, ἐν ὑμῖν τοῖς διαγνωσο-
μένοις περὶ τοῦ πράγματος ἀκούσασι καὶ περὶ τῆς
πατρίδος καὶ περὶ τῆς οὐσίας ἀγωνίσασθαι. ὅμως
δὲ πειράσομαι ἐξ ἀρχῆς ὑμᾶς διδάξαι. Ἦν μὲν γὰρ 4
τοῦτο Πεισάνδρου τὸ χωρίον. δημευθέντων δὲ τῶν
ὄντων ἐκείνου, Ἀπολλόδωρος ὁ Μεγαρεὺς δωρεὰν πα-
ρὰ τοῦ δήμου λαβὼν, τὸν μὲν ἄλλον χρόνον ἐγεώρ-
γει, ὀλίγῳ δὲ πρὸ τῶν τριάκοντα Ἀντικλῆς παρ' αὐ-
τοῦ πριάμενος ἐξεμίσθωσεν· ἐγὼ δὲ παρ' Ἀντικλέους

3. *καὶ δεῖ με -- ἐν ὑμῖν - ἀκούσασι - ἀγωνίσασθαι*] In omnibus codd. ante Reiskium collatis pro *ἐν* erat *ἀλλ'*. Ipse ex conjectura scripsit *ἐν*, quam confirmavit optimus Bekkeri liber. Usque ad Reiskium pro *ἀκούσασι* erat *ἀκούσαντες*. Is de suo dedit *ἅπαντος*. *Ἀκούσασι* Bekkerus scripsit ex eodem libro. Sic locum opinor restitutum. *Διαγινώσκειν* apud oratores est verbum proprium de judicibus caussam cognitam dirimentibus. Cognitionem autem sententiam oportere praecedere inest in participio *ἀκούσασι*, quod sua constructione positum. Aoristum *ἀγωνίσασθαι* tres praebuerunt codd. pro vulgato *ἀγωνίζεσθαι*.

ἡγούμενοι - ἀπορωτάτην εἶναι ἀποδεῖξαι] Cf. Excurs. VIII. - Ceterum *αἰτία ἀπορωτάτη* absolute jam est caussa difficillima, ex qua se expedire difficillimum est. Sic §. 39. *ἐπαιτιώτατοι καὶ ἀπορώτατοι τῶν κινδύνων*: qui locus ipse erat *ἄπορος* Schotto et Marklando. *Ἄπορος* enim non de homine solum dicitur, qui se expedire non potest, sed etiam de re, unde se expedire difficile sit. *Ἀποδεῖξαι* autem h. l. rara significatione positum. Quum enim vi sua significet d e m o n s t r a r e a l i q u i d e s s e, hic denotat d e m o n s t r a r e a l i q u i d n o n e s s e, r e f u t a r e; quae significatio inde potest locum habere, quod generalis notio est a l i q u i d p l a n u m f a c e r e, e x p o n e r e, v e r b i s f a c t i s q u e d e c l a r a r e.

§. 4. *Πεισάνδρου*] Pisander hic, demagogus olim nimium atrox, Ol. XCII. praecipuus erat auctor democratiae dissolvendae et senatus Quadringentorum constituendi. Hoc autem senatu depulso, Pisander Deceleam profugit, et tum, ut ex nostra videmus oratione, bona ejus publicabantur. Rem narrat Thucydides L. VIII. 53—98. *Ἀπολλόδωρος ὁ Μεγαρεὺς* dicitur *χωρίον* praemium a populo accepisse. Caussam suspiceris ex iis, quae Lysias narrat *κατὰ Ἀγορ.* §. 71. P h r y n i c h o, item demagogo vario et potenti et eodem tempore optimatum fautori magno, Thrasybulum Calydonium et Apol-

5 εἰρήνης οὔσης ὠνούμην. Ἡγοῦμαι τοίνυν, ὦ βουλή,
ἐμὸν ἔργον ἀποδεῖξαι, ὡς, ἐπειδὴ τὸ χωρίον ἐκτησά-
μην, οὔτε ἐλαία, οὔτε σηκὸς ἐνῆν ἐν αὐτῷ. νομίζω
γὰρ τοῦ μὲν προτέρου χρόνου, οὐδ' εἰ πάλαι ἐνῆσαν
μυρίαι, οὐκ ἂν δικαίως ζημιοῦσθαι. εἰ γὰρ μὴ δι' ἡ-
μᾶς εἰσιν ἠφανισμέναι, οὐδὲν προςήκει περὶ τῶν ἀλ-
λοτρίων ἁμαρτημάτων ὡς ἀδικοῦντας κινδυνεύειν.
6 πάντες γὰρ ἐπίστασθε, ὅτι πόλεμος καὶ ἄλλων πολ-
λῶν αἴτιος κακῶν γεγένηται, καὶ τὰ μὲν πόῤῥω ὑπὸ
Λακεδαιμονίων ἐτέμνετο, τὰ δ' ἐγγὺς ὑπὸ τῶν φίλων
διηρπάζετο· ὥςτε πῶς ἂν δικαίως ὑπὲρ τῶν τῇ πό-
λει γεγενημένων συμφορῶν ἐγὼ νυνὶ δίκην διδοίην;
ἄλλως τε καὶ τοῦτο τὸ χωρίον ἐν τῷ πολέμῳ δημευ-
7 θὲν ἄπρατον ἦν πλείω ἢ τρία ἔτη. οὐ θαυμαστὸν
δ', εἰ τότε τὰς μορίας ἐξέκοπτον, ἐν ᾧ οὐδὲ τὰ ἡμέ-

4. *ὠνούμην*] [Mirari licet nullum librum habere *ἐωνούμην*, quod Atticismo magis foret consentaneum. V. C. F. R.].

5. *οὐδ' εἰ πάλαι ἐνῆσαν μυρίαι*] *Μυρίαι* dedit Bekkerus pro *μορίαι*: qua codicis lectione multitudinis notio, desiderata a Reiskio, melius exprimitur quam proposita ab eo conjectura *πολλαί* pro *πάλαι*. Sic et temporis notio et multitudinis aeque opportuna adest, nec ambiguitas nascitur ex eo, quod abest substantivum. Nam hoc ex nexu facile suppletur.

6. *πλείω ἢ τρία ἔτη*] Sic Bekkerus ex optimo libro pro vulgato *πλείονα*. Terminatio *ονα* rara est in Lysia, nec tamen ubique eam rejiciunt codd. *ὑπὲρ τῶν Ἀριστοφ. χρ.* §. 15. p. 622. R. *ὃν οἱ πολλοὶ βελτίονα ἡγοῦνται εἶναι ἢ πλουσιώτερον.* §. 35. p. 637. *τὰ Κόνωνος εἶναι πλείονα ἢ δεκαπλασία.* *ὑπὲρ Πολυστρ.* §. 29. p. 689. R. *ὥςτε νομίζειν μηδενὸς ἧττον' εἶναι ἀνθρώπων τὴν ψυχήν.* *κατὰ Φιλοκρ.* §. 8. p. 832. R. Bekkerus habet *καὶ πολλῷ πλείω αὐτῷ τούτων περιέσται.* Ald. et Reisk. *πλείον'*. ceteri *πλεῖον δ'*.

7. *οὐ θαυμαστὸν δ'*] Sic Bekkerus ex optimo, quum in ceteris desit *δ'*: quae negandi et conjungendi ratio Lysiae simplicitati convenientior, quam quod eleganter conjecit Marklandus: *τί οὖν θαυμαστόν.*

lodorum Megarensem insidiatos esse cumque trucidasse disertis verbis tradit Lycurgus contra Leocratem p. 217. R. Thucydides L. VIII. 92. mortem quidem narrat, sed momenta variant. Aliquot ceterum sunt exempla praemia ex bonis publicatis data esse iis, qui improbos cives interfecerant. Cf. Meier de bonis damnatorum p. 218.

εἰρήνης οὔσης] Intelligit tempus pacis per Thrasybulum restitutae.

6. *ἄλλως τε καὶ* cet.] Reiskius opinatur excidisse *ὅπου*. Et verum quidem est *ἄλλως τε καὶ* plerumque sequi conjunctionem; nec tamen ea necessaria est. Subtiliter locutionem illustravit Hermannus ad Vigerum p. 780. ss.

τερα αὐτῶν φυλάττειν ἠδυνάμεθα. ἐπίστασθε δέ, ὦ
βουλή, ὅσοι μάλιστα τῶν τοιούτων ἐπιμελεῖσθε, πολ-
λὰ ἐν ἐκείνῳ τῷ χρόνῳ δασέα ὄντα ἰδίαις καὶ μορί-
αις ἐλαίαις, ὧν νῦν τὰ πολλὰ ἐκκέκοπται, καὶ ἡ γῆ
ψιλὴ γεγένηται, καὶ τῶν αὐτῶν καὶ ἐν τῇ εἰρήνῃ καὶ
ἐν τῷ πολέμῳ κεκτημένων, οὐκ ἀξιοῦτε παρ' αὐτῶν,
ἑτέρων ἐκκοψάντων, δίκην λαμβάνειν. καίτοι εἰ τοὺς 8
διὰ παντὸς τοῦ χρόνου γεωργοῦντας τῆς αἰτίας ἀφίε-
τε, ἦπου χρὴ τούς γ' ἐν τῇ εἰρήνῃ πριαμένους ἀφ' ὑ-
μῶν ἀζημίους γενέσθαι. Ἀλλὰ γάρ, ὦ βουλή, πε- 9
ρὶ μὲν τῶν πρότερον γεγενημένων πολλὰ ἔχων εἰπεῖν,
ἱκανὰ νομίζω τὰ εἰρημένα. ἐπειδὴ δ' ἐγὼ παρέλαβον
τὸ χωρίον, πρὶν ἡμέρας πέντε γενέσθαι, ἀπεμίσθωσα
Καλλιστράτῳ, ἐπὶ Πυθοδώρου ἄρχοντος. δύο δ' ἔτη 10
ἐγεώργησεν, οὔτε ἰδίαν ἐλαίαν οὔτε μορίαν οὔτε ση-
κὸν παραλαβών· τρίτῳ δὲ ἔτει Δημήτριος οὑτοσὶ εἰρ-
γάσατο ἐνιαυτόν· τῷ δὲ τετάρτῳ Ἀλκίᾳ Ἀντισθένους
ἀπελευθέρῳ ἐμίσθωσα, ὃς τέθνηκε ταῦτα τρία ἔτη.
ὁμοίως καὶ Πρωτέας ἐμισθώσατο. καί μοι δεῦρ' ἴτε
μάρτυρες.

ΜΑΡΤΥΡΙΑΙ.

Ἐπειδὴ τοίνυν ὁ χρόνος οὗτος ἐξήκει, αὐτὸς γεωργῶ. 11
φησὶ δὲ ὁ κατήγορος ἐπὶ Σουνιάδου ἄρχοντος σηκὸν

10. *ὁμοίως καὶ Πρωτέας ἐμισθώσατο*] *Πρωτέας* Bekkerus; vulgo *πρότερον*. Omnes Bekkeri libri habent *Πρωτέως*.

7. *οὐδὲ τὰ ἡμέτερα αὐτῶν*] Quamquam enim oleae sub tutela legum erant, tamen non mirum, si tempore istius anarchiae hae parum curarentur, quum suis quisque angustiis nimium quantum premeretur.

8. *ἀφ' ὑμῶν*] Jungendum hoc cum *ἀζημίους γενέσθαι*, nec dubitandum de recto praepositionis *ἀπό* usu in hoc loco. Significat enim a vestra parte, quantum a vobis proficiscitur.

9. *πρὶν ἡμέρας πέντε γενέσθαι*] Reiskius mavult *διαγενέσθαι* vel *ἐπιγενέσθαι*: quo non opus. Etiam simplex sic adhibetur. Xenoph. Hellen. II. 4, 25. *πρὶν δὲ ἡμέρας δέκα γενέσθαι.*

10. *ὃς τέθνηκε ταῦτα τρία ἔτη*] Qui mortuus est ante hos tres annos. Hoc sensu Atticis quidem usitatior numerus ordinalis *τρίτον τοῦτον ἐνιαυτόν*, adeo ut in Lexico Ms., quod laudatur in Petri van Spaan Dissert. de Antiph. T. VII. 824. R. legatur *τρίτην ἡμέραν χρὴ λέγειν, οὐχὶ τρεῖς ἡμέρας.* Cf. Lobeck ad Phryn. p. 323.

ὑπ' ἐμοῦ ἐκκεκόφθαι. ὑμῖν δὲ μεμαρτυρήκασιν οἱ πρότερον ἐργαζόμενοι, καὶ πολλὰ ἔτη παρ' ἐμοῦ μεμισθωμένοι, μὴ εἶναι σηκὸν ἐν τῷ χωρίῳ. καίτοι πῶς ἄν τις φανερῶς ἐξελέγξειε ψευδόμενον τὸν κατήγορον; οὐ γὰρ οἷόν τε, ἃ πρότερον μὴ ἦν, ταῦτα τὸν ὕστερον ἐργαζόμενον ἀφανίζειν.

12 Ἐγὼ τοίνυν, ὦ βουλή, ἐν μὲν τῷ τέως χρόνῳ, ὅσοι με φάσκοιεν δεινὸν εἶναι καὶ ἀκριβῆ, καὶ οὐδὲν ἂν εἰκῇ καὶ ἀλογίστως ποιῆσαι, ἠγανάκτουν ἄν, ἡγούμενος μᾶλλον λέγεσθαι, ὥς μοι προςῆκε· νῦν δὲ πάντας ἂν ὑμᾶς βουλοίμην περὶ ἐμοῦ ταύτην τὴν γνώμην ἔχειν, ἵνα ἡγῆσθέ με σκοπεῖν, εἴπερ τοιούτοις ἔργοις ἐπεχείρουν, καὶ ὅ τι κέρδος ἐγένετο τῷ ἀφανίσαντι, καὶ ἥτις ζημία τῷ ποιήσαντι, καὶ τί ἂν

12. *τῷ ἀφανίσαντι*] Sic restituit Bekkerus ex tribus pro vulgato *τῷ ἀφανίζοντι*. Aoristus optime convenit seq. *ποιήσαντι*: cui Marklandus *μή* praeponens, et *τὴν ζημίαν* de damno in re familiari, non de multa accipiens, procul dubio erravit. *Ποιήσαντι* h. l. vicem gerit verbi *ἀφανίσαντι*, ut *ποιεῖν* et facere saepe pro verbo statim antecedente ponuntur, et comparat orator ab omni parte lucrum, quod habiturus sit in re familiari, et poenam ex legibus ipsi ob idem facinus imminentem. Ut lucrum spectatur seq. *διεπραξάμην*, sic poenam seq. *ἔπασχον*. Idem ostendunt omnia, quae sequuntur.

11. *καίτοι πῶς ἄν τις φανερῶς ἐξελέγξειε*] Marklandus pro *φανερῶς* vult *φανερωτέρως* aut *φανερώτερον*; alii *μᾶλλον* praeponunt positivo; nec dubitandum altero utro modo Lysiam scribere potuisse. Sed quidni toleranda codicum lectio, sic intelligenda: Quomodo quis alterum manifesto mendacii coarguere posset, si hoc non est? Conditio autem facile suppletur ex sententiarum connexione.

12. *ἠγανάκτουν ἄν*] Reiskius delendum censet *ἄν*; non enim dicere se indignaturum fuisse, sed indignari consuevisse. Atque, si rem pinguiter exprimere velis, haec ipsa vis inest in particula *ἄν*. Dicendum autem *ἄν* conjecturalem vim habere et mitigare vim definitam indicativi. *Ἠγανάκτουν* esset diserte affirmantis; *ἠγανάκτουν ἄν* non negantis et, si quis instet, concedentis id plus semel factum fuisse. Subtilem hanc vim exemplis illustravit Wyttenbachius Bibl. Crit. P. XII. p. 33. ss. Cf. Rost gr. Gr. §. 120. 5. c. γ. Sic *ὑπὲρ Πολυστρ.* §. 9. p. 671. *οἱ δὲ ἐκείνων ἔμελλον ἀκροᾶσθαι καὶ μηδὲν ἐπεβούλευον, τούτους ἂν καθίσταντο*: ubi Reiskius pro *ἄν* malebat *αὖ*.

ἡγούμενος μᾶλλον λέγεσθαι ὥς μοι προςῆκε] Ὡς viris doctis offendiculo fuit, ita ut alii scribendum censerent *ὧν*, Taylor *ἢ ὡς*. Sed *ὡς*, particula comparativa, post comparativum, imprimis post *μᾶλλον* adhibetur. cf. Hermannum ad Vigerum. p. 720. Sic infra §. 31. *πάντα προθυμότερον πεποίηκα, ὡς ὑπὸ τῆς πόλεως ἠναγκαζόμην*, ubi Taylor item

λαθὼν διεπραξάμην, καὶ τί ἂν φανερὸς γενόμενος
ὑφ' ὑμῶν ἔπασχον. πάντες γὰρ ἄνθρωποι τὰ τοιαῦτα 13
οὐχ ὕβρεως, ἀλλὰ κέρδους ἕνεκα ποιοῦσι· καὶ ὑμᾶς
εἰκὸς οὕτω σκοπεῖν, καὶ τοὺς ἀντιδίκους ἐκ τούτων
τὰς κατηγορίας ποιεῖσθαι, ἀποφαίνοντας, ἥτις ὠφέ-
λεια τοῖς ἀδικήσασιν ἐγένετο. οὗτος μέντοι οὐκ ἂν 14
ἔχοι ἀποδεῖξαι, οὔθ' ὡς ὑπὸ πενίας ἠναγκάσθην τοι-
ούτοις ἔργοις ἐπιχειρεῖν, οὔθ' ὡς τὸ χωρίον μοι δια-
φθείρεται τοῦ σηκοῦ ὄντος, οὔθ' ὡς ἀμπέλοις ἐμπο-
δὼν ἦν, οὔθ' ὡς οἰκίας ἐγγύς, οὔθ' ὡς ἐγὼ ἄπει-
ρος τῶν παρ' ὑμῖν κινδύνων, εἴ τι τούτων ἔπραττον.
πολλὰς ἂν καὶ μεγάλας ἐμαυτῷ ζημίας γενομένας ἀπο-
φήναιμι· ὃς πρῶτον μὲν μεθ' ἡμέραν ἐξέκοπτον τὸν 15
σηκόν, ὥσπερ οὐ πάντας λαθεῖν δέον, ἀλλὰ πάντας
Ἀθηναίους εἰδέναι. καὶ εἰ μὲν αἰσχρὸν ἦν μόνον τὸ
πρᾶγμα, ἴσως ἄν τις τῶν παριόντων ἠμέλησε· νῦν
δ' οὐ περὶ αἰσχύνης, ἀλλὰ τῆς μεγίστης ζημίας ἐκιν-
δύνευον. πῶς δ' οὐν οὐκ ἂν ἦν ἀθλιώτατος ἀνθρώ- 16
πων ἁπάντων, εἰ τοὺς ἐμαυτοῦ θεράποντας μηκέτι
δούλους ἔμελλον ἕξειν, ἀλλὰ δεσπότας τὸν λοιπὸν
βίον, τοιοῦτον ἔργον συνειδότας; ὥστε εἰ καὶ τὰ μέ-
γιστα εἰς ἐμὲ ἐξημάρτανον, οὐκ ἂν οἷόν τε ἦν δίκην με
παρ' αὐτῶν λαμβάνειν. εὖ γὰρ ἂν εἰδείην, ὅτι ἐπ' ἐκεί-
νοις ἦν καὶ ἐμὲ τιμωρήσασθαι, καὶ αὐτοῖς μηνύ-
σασιν ἐλευθέροις γενέσθαι. ἔτι τοίνυν εἰ τῶν οἰκετῶν 17
παρέστη μοι μηδὲν φροντίζειν, πῶς ἂν ἐτόλμησα, το-

17. εἰ τῶν οἰκετῶν παρέστη] Reiskius lectionem Ald. dedit παρεστήκοι. Illud autem recte revocavit Bekkerus, quod nititur auvult ἢ ὡς. Sic etiam ὥσπερ. Xenophon Hellen. II. 3, 16. εἰ δὲ, ὅτι τριάκοντά ἐσμεν καὶ οὐχ εἷς, ἧττόν τι οἴει ὥσπερ τυραννίδος ταύτης τῆς ἀρχῆς χρῆναι ἐπιμελεῖσθαι, εὐήθης εἶ: ubi vocabula ὥσπερ τυραννίδος offendebant.

14. πολλὰς ἂν cet.] Reiskius fortasse asyndeton reformidavit, comma nonnisi post ἔπραττον ponens et jungens ὡς ἐγὼ ἄπειρος -- πολλὰς ἂν ζημίας ἀποφήναιμι, quod nihil est. Membrum per se absolutum est: οὔθ' ὡς ἐγὼ ἄπειρος sc. ἦν, et caussam πολλὰς ἂν -- ἀποφήναιμι continet per asyndeton fortiter affirmans ea ipsa de caussa, quod particula caussalis deest.

16. καὶ αὐτοῖς μηνύσασιν ἐλευθέροις γενέσθαι] Cf. prooemium ὑπὲρ Καλλίου.

σούτων μεμισθωμένων, καὶ ἁπάντων συνειδότων, ἀ-
φανίσαι τὸν σηκὸν βραχέος μὲν κέρδους ἕνεκα, προ-
θεσμίας δὲ οὐδεμιᾶς οὔσης τῷ κινδύνῳ, τοῖς εἰρ-
γασμένοις ἅπασι τὸ χωρίον ὁμοίως προσῆκον εἶναι
σῶον τὸν σηκόν· ἵν', εἴ τις αὐτοὺς ᾐτιᾶτο, εἶχον
ἀνενεγκεῖν, ὅτῳ παρέδοσαν. νῦν δὲ καὶ ἐμὲ ἀπο-
λύσαντες φαίνονται, καὶ σφᾶς αὐτούς, εἴπερ ψεύδον-
18 ται, μετόχους τῆς αἰτίας καθιστάντες. εἰ τοίνυν καὶ
ταῦτα παρεσκευασάμην, πῶς ἂν οἷός τ' ἦν πάντας
πεῖσαι τοὺς παριόντας, ἢ τοὺς γείτονας, οἳ οὐ μόνον
ἀλλήλων ταῦτ' ἴσασιν, ἃ πᾶσιν ὁρᾶν ἔξεστιν, ἀλλὰ καὶ
περὶ ὧν ἀποκρυπτόμεθα μηδένα εἰδέναι, καὶ περὶ ἐκεί-
νων πυνθάνονται; ἐμοὶ τοίνυν τούτων οἱ μὲν φίλοι, οἱ
19 δὲ διάφοροι περὶ τῶν ἐμῶν τυγχάνουσιν ὄντες. οὓς
ἐχρῆν τοῦτον παρασχέσθαι μάρτυρας, καὶ μὴ μόνον
οὕτω τολμηρὰς κατηγορίας ποιεῖσθαι· ὅς φησιν, ὡς
ἐγὼ μὲν παρειστήκειν, οἱ δ' οἰκέται ἐξέτεμνον τὰ πρέμνα,

ctoritate codicum et constructionis. Nempe aoristus indicativi cum *εἰ* ponitur in protasi, quum aliquid non factum esse indicatur, sequente in apodosi aor. ind. cum *ἄν*. *Οἰκετῶν* praeclara est Palmerii emendatio pro lectione codicum *εἰκότων*.

ἵν' εἶχον ἀνενεγκεῖν] Recte sic Bekkerus ex optimo suo pro vulgato *ἂν ἐνεγκεῖν*. Verbum enim *ἀναφέρειν* proprium est de iis, qui culpam in aliquem transferunt, vel in genere alicui aliquid tribuunt, et *ἵνα* cum imperfecto sine *ἄν* construitur de fine, quem quis non assecutus est, vel quem assequi non opus erat.

19. *οὓς ἐχρῆν τοῦτον παρασχέσθαι μάρτυρας*] Sic Bekkerus ex libris pro vulgato *τούτων*, recte, opinor. Quando *δεῖ*, *χρή*, cum infinitivo non universe positum est, accusativus infinitivo addi solet.

17. *προθεσμίας δὲ οὐδεμιᾶς οὔσης*] Hoc unum certum exemplum est criminis, cujus nulla *προθεσμία* in Attico jure fuisse traditur. Cf. der Attische Process p. 637.

18. *εἰ τοίνυν καὶ ταῦτα παρεσκευασάμην*] *Παρασκευάζεσθαί τι* frequens est de eo, qui callide et subdole aliquid struit, machinatur. Demosth. *πρὸς Μακάρτ.* p. 1062. *ἀλλὰ πολλὰ καὶ ἀναίσχυντα παρεσκευάσατο εἰς τὸν ἀγῶνα.* Sic etiam *παρασκευαί*. Non opus, ut cum Reiskio *τούτους* pro *ταῦτα* scribatur.

19. *ἐξέτεμνον τὰ πρέμνα*] Hesychius *πρέμνον* explicat *πᾶν ῥίζωμα, δένδρον τὸ γηράσκον*. Etymologus *τὸ ἀπογηράσκον τῶν στελεχῶν*. De ima parte interdum dicitur; hinc de truncis et stipitibus arborum, non de ramis crassioribus, ut interpretatur Reiskius.

ἀναθέμενος δὲ ὁ βοηλάτης ᾤχετο ἀπάγων τὰ ξύ-
λα. καίτοι, ὦ Νικόμαχε, χρῆν σε τότε καὶ παρακα- 20
λεῖν τοὺς παριόντας μάρτυρας, καὶ φανερὸν ποιεῖν
τὸ πρᾶγμα· καὶ ἐμοὶ μὲν οὐδεμίαν ἂν ἀπολογίαν ἀπέ-
λιπες, αὐτὸς δέ, εἰ μέν σοι ἐχθρὸς ἦν, ἐν τούτῳ τῷ
τρόπῳ ᾔσθα ἄν με τετιμωρημένος· εἰ δὲ τῆς πόλεως
ἕνεκα ἔπραττες, οὕτως ἐξελέγξας οὐκ ἂν ἐδόκεις εἶναι
συκοφάντης· εἰ δὲ κερδαίνειν ἐβούλου, τότ' ἂν πλεῖ-
στον ἔλαβες. φανεροῦ γὰρ ὄντος τοῦ πράγματος, οὐ- 21
δεμίαν ἄλλην ἡγούμην ἂν εἶναί μοι σωτηρίαν ἢ σε
πεῖσαι. τούτων τοίνυν οὐδὲν ποιήσας, διὰ τοὺς
σοὺς λόγους ἀξιοῖς με ἀπολέσθαι, καὶ κατηγορεῖς,
ὡς ὑπὸ τῆς ἐμῆς δυνάμεως καὶ τῶν ἐμῶν χρημάτων
οὐδεὶς ἐθέλει σοι μαρτυρεῖν. καίτοι εἰ φήσας μ' ἰδεῖν 22
τὴν μορίαν ἀφανίζοντα τοὺς ἐννέα ἄρχοντας ἐπήγα-
γες, ἢ ἄλλους τινὰς τῶν ἐξ Ἀρείου πάγου, οὐκ ἂν
ἑτέρων ἔδει σοι μαρτύρων. οὕτω γὰρ ἄν σοι συνῄ-
δεσαν ἀληθῆ λέγοντι, οἵπερ καὶ διαγινώσκειν ἔμελλον
περὶ τοῦ πράγματος. δεινότατα οὖν πάσχω· ὅς, εἰ 23
μὲν παρέσχετο μάρτυρας, τούτοις ἂν ἠξίου πιστεύειν·
ἐπειδὴ δὲ οὐκ εἰσὶν αὐτῷ, ἐμοὶ καὶ ταύτην [τὴν] ζη-
μίαν οἴεται χρῆναι γενέσθαι. καὶ τούτου μὲν οὐ θαυ-

ὁ βοηλάτης] Ante Taylorum pro βοηλάτης legebatur βουλευτής. Bekkerus tamen βοηλάτης in textu habens ex solo M. laudat βασιλευτής. Taylori emendationem jure laudarunt Marklandus, et Piersonus ad Moerin p. 70. Quod si apud Atticos βοηλάτης nusquam legitur, tamen vocabulum rite et ad analogiam est factum, et apud recentiores adhibetur pro planstrario. Ὀνηλάτας hac significatione habet Demosthenes πρὸς Φαίν. p. 1040.

23. ταύτην [τὴν] ζημίαν] Vide Excurs. II.

ἀναθέμενος] Atticistae tradunt ἀναθεῖναι τὸ φορτίον Ἀττικῶς· ἐπιθεῖναι Ἑλληνικῶς. Ostenderunt tamen interpretes ad Thomam M. s. v. etiam ἐπιθεῖναι a bonis scriptoribus usurpari.

20. ἐν τούτῳ τῷ τρόπῳ] Praepositionem insultatiorem esse monet Reiskius, nec verisimile tamen, quod conjicit ἑνί με τούτῳ τῷ τρόπῳ. Est cum praepositione quod nos diceremus qua ratione innixi, fidentes. Thucydides I. 8. fin. ἐν τούτῳ τῷ τρόπῳ μᾶλλον ἤδη ὄντες ὕστερῳ χρόνῳ ἐπὶ Τροίαν ἐστράτευσαν. I. 97. ἅμα δὲ καὶ τῆς ἀρχῆς ἀπόδειξιν ἔχει, ἐν οἵῳ τρόπῳ κατέστη.

22. τοὺς ἐννέα ἄρχοντας] Similis hoc illi fuisset actioni, quam ἐφήγησιν appellabant, quam

μάζω. οὐ γὰρ δήπου συκοφαντῶν ἅμα τοιούτων τε λόγων ἀπορήσει καὶ μαρτύρων. ὑμᱶς δ' οὐκ ἀξιῶ
24 τὴν αὐτὴν τούτῳ γνώμην ἔχειν. ἐπίστασθε γὰρ ἐν τῷ πεδίῳ πολλὰς μορίας οὔσας καὶ πυρκαϊὰς ἐν τοῖς ἄλλοις τοῖς ἐμοῖς χωρίοις· ἅς, εἴπερ ἐπεθύμουν, πολὺ ἦν ἀσφαλέστερον καὶ ἀφανίσαι καὶ ἐκκόψαι καὶ ἐπεργάσασθαι, ὅσῳπερ ἧττον τὸ ἀδίκημα πολλῶν οὐ-
25 σῶν ἔμελλε δῆλον ἔσεσθαι. νῦν δ' οὕτως αὐτὰς περὶ πολλοῦ ποιοῦμαι ὥςπερ καὶ τὴν ἄλλην οὐσίαν, ἡγούμενος περὶ ἀμφοτέρων τούτων εἶναί μοι τὸν κίνδυνον. αὐτοὺς τοίνυν ὑμᱶς τούτων μάρτυρας παρέξομαι, ἐπιμελομένους μὲν ἑκάστου μηνός, γνώμονας δὲ πέμποντας καθ' ἕκαστον ἐνιαυτόν· ὧν οὐδεὶς πώποτε ἐζημίωσεν ὡς ἐργαζόμενον τὰ περὶ τὰς μορίας χωρία.

ἅμα] Sic Bekkerus de conjectura. Codices ἄλλα vel ἀλλά; facile autem ΑΛΛΑ corruptum ex ΑΜΑ; quod multo melius, quam Reiskii θαμά. Simplicissime item unius litterae mutatione sequentia correxit τοιούτων τε (libri γε) λόγων ἀπορήσει καὶ μαρτύρων: pro quo Reiskius audacissime τοιούτων γε λόγων ἀπορήσει, εἰ καὶ μαρτύρων ἀπορήσει. Multo probabilius et elegantius correxerat Jacobs Add. Ann. in Athen. p. 130. τοιούτων γε λόγων ἀπορήσει, ἀπορήσας μαρτύρων.

25. ὡς ἐργαζόμενον] Quod Marklandus conjecit, recepit ex optimo cod. Bekkerus pro vulgato ἐργαζομένους. Reiskius post ἐζημίωσεν inserendum opinabatur ἡμᱶς: quo pronomine reum conductores fundorum suorum, item servos secum complecti. Nihil quidem addendum. Personale enim objectum aut aliud, si nulla ambiguitas oriatur, saepe omittitur. κατὰ Θεομν. §. 6. ἐάν τις εἴπῃ τὸν πατέρα ἀπεκτονέναι, ubi Reiskius vult ἐάν τινά τις εἴπῃ. §. 13. ὅταν δεήσῃ κακῶς ἀκούοντα τοὺς ἐχθροὺς τιμωρεῖσθαι, ubi σε omisit ex suis codd. Bekkerus. Singularis autem aptior. Reus enim cuncta scit in se esse inventa, nec quicquam in suorum quemquam vult devolvere, sed suo jure rem prorsus negat.

actor ἡγεμόνα δικαστηρίου cum ὑπηρέταις in illum locum adduceret, ubi reus crimen committebat vel commiserat, ut scilicet eo ipso loco comprehenderetur.

24. ἐν τῷ πεδίῳ] in campo, qui a Cephisso late patebat.

25. γνώμονας] Harpocration s. v. ἐπιγνώμονας ἀντὶ τοῦ ἐπισκόπους Λυσίας ἐν τῷ περὶ σηκοῦ. Bekkeri tamen Anecdd. p. 228 l. 23. Γνώμονας: ἄρχοντάς τινας εἶναι τοὺς ἐπισκεπτομένους καθ' ἕκαστον ἐνιαυτὸν τὰ χωρία πάντα, μή πώς τις ἐξέκοψε τὰς μορίας. Num alterutrum vocabulum, γνώμων vel ἐπιγνώμων, de inspectore moriarum alio loco legatur, dubito. Nusquam certe inveni. In aliis rationibus utrumque usurpatur. Ergo h. l. codd.

καίτοι οὐ δήπου τὰς μὲν μικρὰς ζημίας οὕτω περὶ πολλοῦ ποιοῦμαι, τοὺς δὲ περὶ τοῦ σώματος κινδύνους οὕτω περὶ οὐδενὸς ἡγοῦμαι· καὶ τὰς μὲν πολλὰς ἐλαίας, εἰς ἃς ἐξῆν μᾶλλον ἐξαμαρτάνειν, οὕτω θεραπεύων φαίνομαι, τὴν δὲ μορίαν, ἣν οὐχ οἷόν τ' ἦν λαθεῖν ἐξορύξαντα, ὡς ἀφανίζων νυνὶ κρίνομαι. 26
Πότερον δέ μοι κρεῖττον ἦν, ὦ βουλή, δημοκρατίας οὔσης παρανομεῖν, ἢ ἐπὶ τῶν τριάκοντα; καὶ οὐ λέγω ὡς τότε δυνάμενος, ἢ ὡς νῦν διαβεβλημένος, ἀλλ' ὡς τῷ βουλομένῳ τότε μᾶλλον ἐξῆν ἀδικεῖν ἢ νυνί. ἐγὼ τοίνυν οὐδ' ἐν ἐκείνῳ τῷ χρόνῳ οὔτε τοιοῦτον οὔτε ἄλλο οὐδὲν κακὸν ποιήσας φανήσομαι. 27
Πῶς δ' ἄν, εἰ μὴ πάντων ἀνθρώπων ἐμαυτῷ κακονούστατος ἦν, ὑμῶν οὕτως ἐπιμελουμένων, ἐκ τούτου τὴν μορίαν ἀφανίζειν ἐπεχείρησα τοῦ χωρίου, ἐν ᾧ δένδρον μὲν οὐδὲ ἕν ἐστι, μιᾶς δὲ ἐλαίας σηκός, ὡς οὗτός φησιν εἶναι, κυκλόθεν δὲ ὁδὸς περιέχει, ἀμφοτέρωθεν δὲ γείτονες περιοικοῦσιν, ἄερκτον δὲ καὶ πανταχόθεν κάτοπτόν ἐστιν; ὥστε τίς ἂν ἀπετόλμησε, τούτων οὕτως ἐχόντων, ἐπιχειρῆσαι τοιούτῳ πράγματι; 28
Δεινὸν δέ μοι δοκεῖ εἶναι ὑμᾶς μέν, οἷς ὑπὸ τῆς πόλεως τὸν ἅπαντα χρόνον προστέτακται τῶν μοριῶν ἐλαιῶν ἐπιμελεῖσθαι, μήθ' ὡς ἀπεργαζόμενον πώποτε 29

sequendos esse recte arbitratus est Bekkerus.

26. μικρὰς ζημίας] ducentarum drachmarum. Vide prooemium.

27. ὡς τότε δυνάμενος, ἢ ὡς νῦν διαβεβλημένος] Supplendum ex antecedente παρανομῆσαι, hoc sensu: »Non quod ego tunc potuissem, imperantibus τοῖς τριάκοντα, aut quod nunc id potuisse accuser.« Tempore enim triginta virorum ei soli licebat impune violare leges, qui ab eorum partibus stabat. Ergo enuntiatio idem significat ac si dixisset: »non quod ego ab eorum partibus steterim, aut nunc hac fama laborem.« Interpretes locum non ceperunt.

28. ὑμῶν οὕτως ἐπιμελουμένων, ἐκ τούτου] Etiam hic locus ostendit, imperio triginta virorum exstincto, Areopago restitutam esse auctoritatem, eumque diligenter et accurate fecisse, quae suae erant potestatis.

ἄερκτον] Harpocration s. v. ἄερκτον ἀντὶ τοῦ ἄφρακτον καὶ πανταχόθεν καθορώμενον Λυσίας. Idem Suidas et Bekkeri Anecdd. p. 347.

ζημιῶσαι, μήθ' ὡς ἀφανίσαντα εἰς κίνδυνον καταστῆσαι· τοῦτον δ', ὃς οὔτε γεωργῶν ἐγγὺς τυγχάνει, οὔτ' ἐπιμελητὴς ᾑρημένος, οὔθ' ἡλικίαν ἔχων εἰδέναι περὶ τῶν τοιούτων, ἀπογράψαι με ἐγγὺς μορίαν ἀφανίζειν.

30 Ἐγὼ τοίνυν δέομαι ὑμῶν μὴ τοὺς τοιούτους λόγους πιστοτέρους ἡγήσασθαι τῶν ἔργων, μηδὲ περὶ ὧν αὐτοὶ σύνιστε, ταῦτ' ἀνασχέσθαι τῶν ἐμῶν ἐχθρῶν λεγόντων, ἐνθυμουμένους καὶ ἐκ τῶν εἰρημένων, καὶ
31 ἐκ τῆς ἄλλης πολιτείας. ἐγὼ γὰρ τὰ ἐμοὶ προστεταγμένα ἅπαντα προθυμότερον πεποίηκα, ὡς ὑπὸ τῆς πόλεως ἠναγκαζόμην, καὶ τριηραρχῶν καὶ εἰσφορὰς εἰσφέρων καὶ χορηγῶν καὶ τἄλλα λειτουργῶν οὐδενὸς

29. *ἀφανίσαντα*] Sic Bekkerus ex tribus codd. recte. Aoristus enim praeteriti significationem habet, quod hic optimum, quamquam praecessit praesens *ἐπεργαζόμενον*, quod item optimum. Nam in laborando facillime quis indicabatur et puniebatur.

29. *ἀπογράψαι με ἐγγὺς μορίαν ἀφανίζειν*] Taylor delendum censet *ἐγγύς*, natum, ut ait ex socio, h. e. ex eodem, quod modo praecessit, vocabulo. Marklandus pro eo *εὐθύς* scribi vult. Opinor *ἐγγύς* temeritatem actionis indicare, quamquam nunc simile exemplum indicare non possum. [Fortasse: *ἐκ γῆς μορίαν ἀφανίζειν*. ut supra §. 2. F. J.]

30. *ταῦτ' ἀνασχέσθαι τῶν ἐμῶν ἐχθρῶν λεγόντων*] Reiskius scribere mavult *ψευδῆ λεγόντων*. Sed Lysias res magis significare solet quam pinguiter enuntiare. Ait *ταῦτα λεγόντων* et liberum relinquit judicibus ea aestimare, qua ratione velint.

καὶ ἐκ τῆς ἄλλης πολιτείας] »et omnino ex ea ratione, qua civem me gessi.« Adjectivum ὁ ἄλλος saepe vertendum per adverbium omnino, in universum. §. 25. *μορίας περὶ πολλοῦ ποιοῦμαι, ὥσπερ καὶ τὴν ἄλλην οὐσίαν*. §. 32. *οὔτε περὶ φυγῆς οὔτε περὶ τῆς ἄλλης οὐσίας*. Unde patet minime opus esse eo, quod Schottus conjecit *ὅλης*. Cf. Astium ad Plat. de legg. II. 9. p. 121. — Hac autem re Athenienses cum patriae amore gloriabantur, si quis munera liberaliter et magnifice fecerat, ut turpe erat ea vel defugisse vel sordide fecisse. Vide Fr. Aug. Wolfium prolegg. ad Leptin. p. CXVII.

31. *προθυμότερον πεποίηκα, ὡς — — ἠναγκαζόμην*] De *ὡς* post comparativum posito vide ad §. 12.

εἰσφορὰς εἰσφέρων] *Εἰσφορά* imprimis est pecunia ad necessitates belli conferenda, unde praecipue stipendium militibus persolveretur. Cf. imprimis Boeckh. Staatshaushaltung viertes Buch T. II. init. Ab his diversae sunt *λειτουργίαι*, quae sunt munera ab hominibus ipsis magnis cum impensis et laboribus praestita, ut choregia, trierarchia, gymnasiarchia, de quibus accurate exponit Boeckh. lib. laud. T. I. inde a pag. 481.

ἧττον πολυτελῶς τῶν πολιτῶν. καίτοι ταῦτα μὲν με- 32
τρίως ποιῶν, ἀλλὰ μὴ προθύμως, οὔτ᾽ ἂν περὶ φυ-
γῆς, οὔτ᾽ ἂν περὶ τῆς ἄλλης οὐσίας ἠγωνιζόμην.
πλείω δ᾽ ἂν ἐκεκτήμην, οὐδὲν ἀδικῶν οὐδ᾽ ἐπικίνδυ-
νον ἐμαυτῷ καταστήσας τὸν βίον. ταῦτα δὲ πράξας,
ἃ οὗτός μου κατηγορεῖ, ἐκέρδαινον μὲν οὐδέν, ἐμαυ-
τὸν δ᾽ εἰς κίνδυνον καθίστην. καίτοι πάντες ἂν ὁμο- 33
λογήσαιτε δικαιότερον εἶναι τοῖς μεγάλοις χρῆσθαι
τεκμηρίοις περὶ τῶν μεγάλων, καὶ πιστότερα ἡγεῖσθαι,
περὶ ὧν ἅπασα ἡ πόλις μαρτυρεῖ, μᾶλλον ἢ περὶ ὧν
μόνος οὗτος κατηγορεῖ.

Ἔτι τοίνυν, ὦ βουλή, ἐκ τῶν ἄλλων σκέψα- 34
σθε. μάρτυρας γὰρ ἔχων αὐτῷ προσῆλθον, λέγων,
ὅτι μοι πάντες εἰσὶν οἱ θεράποντες, οὓς ἐκεκτήμην,
ἐπειδὴ παρέλαβον τὸ χωρίον, καὶ ἕτοιμος ἦμην, εἴ
τινα βούλοιτο, παραδοῦναι βασανίζειν, ἡγούμενος
οὕτως ἂν τὸν ἔλεγχον ἰσχυρότερον γενέσθαι τῶν τού-
του λόγων καὶ τῶν ἔργων τῶν ἐμῶν. οὗτος δ᾽ οὐκ 35
ἤθελεν, οὐδὲν φάσκων πιστὸν εἶναι τοῖς θεράπουσιν,

32. *μετρίως ποιῶν, ἀλλὰ μὴ προθύμως*] *Ἀλλὰ μή* est fortiter negantis, neutiquam, minime. Sensus est: »Si ita, ut nihil contra praestationes dici posset, nunquam studiose, ita ut laudem mererer, officia praestitissem.« Marklandus, qui pro *μή–καί* scribendum censebat, sententiam non solum non percepit, sed pervertit.

ταῦτα μὲν – ταῦτα δὲ] Idem pronomen de diversis rebus paullo negligentius positum esse negari non potest. Propterea tamen facile condonandum, quod ipsa enuntiatio omnem ambiguitatem tollit.

34. *ἦμην*] Phrynich. p. 152. *ἦμην εἰ καὶ εὑρίσκεται παρὰ τοῖς ἀρχαίοις, οὐκ ἐρεῖς, ἀλλ᾽ ἦν ἐγώ.* Raros esse certos apud antiquos locos monuit ibi Lobeckius.

παραδοῦναι βασανίζειν] Antequam res in judicium adduceretur, ut aut actori de veritate constaret, isque ab actione desisteret, aut judicio statim indicari posset, quid *δοῦλοι βασανιζόμενοι* professi fuerint.

ἰσχυρότερον γενέσθαι τῶν τούτου λόγων καὶ τῶν ἔργων τῶν ἐμῶν] Sensus est: »existimans certius fore, quid de illius sermone et de meis factis habendum sit.« Ex opposito quidem; vere enim existimabat ex servorum testimoniis fore, ut appareret vanitas eorum, quae actor mentitus sit, et veritas eorum, quae reus se fecisse affirmet. Bekkerus pro *ἰσχυρότερον* fortasse legendum censet *ἰσχυρότατον*, nec negari potest aptiorem esse superlativum, qui saepissime a librariis confusus est cum comparativo.

ἐμοὶ δὲ δοκεῖ εἶναι, εἰ περὶ αὐτῶν μὲν οἱ βασανιζό-
μενοι κατηγοροῦσιν, εὖ εἰδότες, ὅτι ἀποθανοῦνται·
περὶ δὲ τῶν δεσποτῶν, οἷς πεφύκασι κακονούστατοι,
μᾶλλον ἂν εἵλοντο ἀνέχεσθαι βασανιζόμενοι ἢ κατει-
36 πόντες ἀπηλλάχθαι τῶν παρόντων κακῶν; καὶ μὲν δή,
ὦ βουλή, φανερὸν οἶμαι εἶναι, ὅτι, εἰ, Νικομάχου
ἐξαιτοῦντος τοὺς ἀνθρώπους, μὴ παρεδίδουν, ἐδόκουν
ἂν ἐμαυτῷ ξυνειδέναι· ἐπειδὴ τοίνυν, ἐμοῦ παραδι-
δόντος, οὗτος παραλαβεῖν οὐκ ἤθελε, δίκαιον καὶ
περὶ τούτου τὴν αὐτὴν γνώμην σχεῖν· ἄλλως τε καὶ
